

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

ΠΛΑΤΩΝ

PLATONIS PHILOSOPHI
QUAE EXSTANT

GRAECE AD EDITIONEM HENRICI STEPHANI

ACCURATE EXPRESSA

CUM MARSILII FICINI INTERPRETATIONE

ACCEDIT VARIETAS LECTIONIS

STUDIIS SOCIETATIS BIPONTINAE



VOLUMEN OCTAVUM

BIPONTI
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS
CICICCLXXXV


PLATON

PLATON'S PHILOSOPHY
QUAE EXSTANT
GRÆCÆ AD EDITIONEM HENRICI STEPHANI

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
10 ELMSELEY PLACE
TORONTO 5, CANADA

MAR 31 1932

4852



NOTUM EST OCTAVIAN
BIBLIOTHECA SOCIETATIS
CIVICAE

CONTINUATIO
NOTITIAE LITERARIAE

IO. ALB. FABRICII

AUCTIORIS

DE SINGULIS LIBRIS PLATONIS.

I. ΝΟΜΩΝ, ἢ περὶ νομοθεσίας βιβλία ἰβ, πολιτικός.
De Legibus opus Socrati tribuit Salvianus lib. VII de Dei providentia p. 254: *Videamus ergo, quas Socrates de pudicitia leges sanxerit. Uxorem, inquit, propriam nullus habeat; matrimonia enim cunctis debent esse communia.* -- De hac re & libros condidit & memoriae haec pudenda mandavit. Olympiodorus in Platonis vita observat, Platonem a Solone genus ducere, huiusque aemulatione Legum libros & de Republica scripsisse. Arcadibus, Cyrenaeis ac Thebanis, quantumvis rogatus, leges ferre noluit, quia surdas eorum aures reperit ad aequabilem honorem & partitionem bonorum admittendam, ut referunt Aelianus Var. II, 42; Laërtius III, 23, & Plutarchus ad Principem ineruditum. Athenaeus vero Platonem reprehendit, quod leges scripserit hominibus, non quales sunt, sed quales ipse finxit imaginatione L. VI, p. 508.

Ludovicus Castelvetrius, scriptor acutissimus, ad Aristotelis poëticam Hetrusca lingua editam p. 110 reprehendit Platonem, quod has de legibus dissertationes uno vesperi factas distasque fingat, properanti lectori vix intra quadrimum absolvendas, & tamen easdem in XIII libros (annumerato Epinomide) dividere non dubitaverit. Sed ad postremum responderi potest, divisionem librorum non esse a Platone ipso, verum a Philippo Opuntio. Vide, *Plat. Oper. Vol. VIII.* *

quae infra ad *Epinom.* Sed & *Cicero*, qui *Platonis* ad exemplum, absolutis de *Republica* libris, illos de *Legibus* scripsit, haud dubitavit, etiam in eo suum sequi *Platonem*. Is quidem *Lib. II* de *Legibus* f. 69. ult. inquit: *Et quoniam libitum est vobis, me ad haec impellere, hodierno sermone conficiam, spero, hoc praesertim die. video enim, Platonem idem fecisse, omnemque orationem eius de Legibus peroratam esse uno aestivo die.* Scripserat autem *Cicero* libros quinque, quorum duo ultimi plane periere. Aliud in *Platone* reprehendit *Seneca*, *Epist. XCIV*: *In hac re dissentio a Posidonio: non probo, quod Platonis Legibus principia adiecta sunt. Legem enim brevem esse oportet, quo facilius ab imperitis teneatur, ut velut emissa divinitus vox sit. Iubeat, non disputet. Nihil mihi videtur frigidius, nihil ineptius, quam lex cum prologo.* Ad hoc quoque responderi potest, philosophi simul partes legislatorem habuisse *Platonem*. *Cicero* quidem de *Legg. L. II*, f. 14, c. 6. hanc in rem scribit: *Sed ut vir doctissimus fecit Plato, idemque gravissimus philosophorum omnium, qui princeps de Republica conscripsit, idemque separatim de legibus eius; item mihi credo esse faciendum, ut priusquam ipsam legem recitem, de eius legis laude dicam. quod idem & Zaleucum & Charondam fecisse video; cum quidem illi non studii & delectationis, sed rei publicae causa leges civitatibus suis scripserunt. Quos imitatus Plato, videlicet hoc quoque legis putavit esse, persuadere aliquid, non omnia vix ac minis cogere.*

Contra *Platonis* *Leges* *Perseus* *Stoicus* scripserat libros VII teste *Laërtio* VII, 36. Passim quoque in *Leges* *Platonicas* invehuntur veteres scriptores *Christiani*, eorumque exemplo *Georgius Trapezuntius* in *comparatione Aristotelis & Platonis* (recusa *Venet. 1523, 8*) contra quem operae pretium est videre, quae pro *Legibus* *Platonis* vel excusandis vel defendendis disseruit *Cardinalis Bessarion*, (an. 1473 denatus) qui iam antea defensionem *divi Platonis* *Romae* apud *Conr. Sweinheim & Arn. Pannarzar* ediderat, libro IV operis, quod contra *calumniatorem Platonis* (ita *Trapezuntium* vocat) inscripsit, & *Romae* primum ap. eosdem ty-

pographos sine anni nota excusum est, dein cum aliis eiusdem Bessarionis scriptis (librorum Platonis de Legibus correctio, Georgio Trapezuntio interprete, ac de natura & arte adversus Trapezuntium & Plethonem) Venet. 1503 fol. ab Aldo recusum, itemque Venet. 1516 fol. Aldus editionis suae praestantiam in titulo commendat his verbis: *passim verba Graeca ipsius Platonis recitantur & emendata, & cum suis accentibus. Nam in libris Romae olim impressis desunt. Deinde a Bessarione saepe argumento praemisso in Latinum vertuntur. Postremo Trapezuntii tralatio eorundem verborum Platonis subiungitur, quod est perquam utile iis, qui Graecis literis instituantur, atque ex Graecis bonis bona Latina facere volunt.* Trapezuntio, qui admodum senex obiit Romae an. 1486, etiam in Epitaphio exprobratum legitur, quod Platoni paulo acerbius insultavit:

*Hac urna Trapezuntii quiescunt
Georgii ossa, parum Diis amici,
Quod acri & procaci lingua
Platonem Superis parem petivit.*

Conf. Allatium de Georgiis p. 378. Ut ad Platonem revertamur, eius legem de communione uxorum, vide quomodo purget Bessarion L. IV, c. 3. cui adde, si lubet, Mosellanum ad Gellii XVIII, 2. Livium Galantem in comparatione Theol. Christ. cum Plat. L. I, p. 26 sq. Cotelerium ad patres Apostolicos p. 582 sq. Sed obscura ea de re videntur Platonis sententia.

Aristotelis τὰ ἐκ τῶν νόμων Πλάτωνος, sive tribus (ut Laërt. V, 22) sive duobus libris opus constitit (ut Anonymus a Menagio editus in Aristotel. vita) interciderunt, perinde ut Epitome legum a Theophrasto concinnata.

Excusi Platonis de Legibus libri cum priori, qui inscribitur Minos, & Epinomide Lovanii 1531, 4 (ex recognitione Fr. Craneveldii). Graece & Latine librum X inter dialogos selectos edidit Io. Nort, Cantabr. 1673, 8. Agitur in illo, de Dei existentia, providentia, & ἀδωροδοκίᾳ,
* *

existimavitque Plato, eum instar proëmii legibus præmitti posse, σχεδὸν γὰρ τοῦτο ἡμῖν ὑπὲρ ἀπάντων κάλλιστον προοίμιον εἶη.

Locum pulcherrimum libri X de Legibus, quo Plato providentiam Dei, non universum modo, sed & eius singula complectentem, tuetur adversus hos, qui curam rerum humanarum, ut nimis exiguarum, Deo indignam iuveniliter putant, Ioh. Eustach. *Goldhagen* in commentt. hebdomadariis, in scriptis *der Greis*, vol. IV, part. 159. p. 133 - 140 ed. nov. 1781 probabiliter expressit *Germanice*.

Georgii Gemisti in I de Legibus MS.

Antonii Montecatini Epitome librorum de Legibus, legiturque in ordinem redactarum Ferrar. 1594 fol.

Io. *Sleidani* Summa doctrinae Platonis de Republica & de Legibus, Argentor. 1548, 8.

II. ΕΠΙΝΟΜΙΣ, ἢ νυκτερινὸς σύλλογος (ἢ φιλόσοφος) πολιτικός. *Legum appendix* vel *Philosophus*. Theoni p. 9 de locis in Platone Mathematicis vocatur ἐπινομίον. Vicissim Philo Iudaeus Deuteronomion Mosis (*Mischnah Torah* Deut. XVII, 13) vocat ἐπινομίδα in libro, qui heres rerum divinarum. Sed & Iulius Caesar Scaliger librum postremum Poënces suæ inscripsit ἐπινομίδα, quasi *accessorium munus*. Nam & frenam ἐπινομίδα dixit Ulpianus apud Athenaeum, & recte quidem, ut notavit Casaubonus lib. III, c. 18. Ceterum mirum est, quod Suidas, & solus, ni fallor, tradit, auditorem quendam Platonis, *philosophum*, opus de Legibus in XII libros distribuisse, & decimum tertium (hanc nempe ἐπινομίδα) loco accessorii, de suo addidisse. Quia res insolens videri potest, & plura huius discipuli Platonici scripta eo in loco recensentur, en tibi ipsa Suidae verba: φιλόσοφος, ὃς τοὺς τοῦ Πλάτωνος νόμους διεῖλεν εἰς βιβλία ἰβ. Τὸ γὰρ ἰγ αὐτὸς προσθεῖναι λέγεται. Καὶ ἦν Σωκράτους καὶ αὐτοῦ Πλάτωνος ἀκουστῆς, σχολάσας τοῖς μετεώροις. Ὡν δὲ κατὰ τὸν Φίλιππον Ματ

κεδόμενα, συνεγράφατο τάδε. Περὶ τῆς ἀποστάσεως ἡλίου καὶ σελήνης. Περὶ θεῶν β. Περὶ χρόνου α. Περὶ μύθων α. Περὶ ἐλευθερίας α. Περὶ ὀργῆς α. Περὶ ἀνταποδόσεως α. Περὶ Λοκρῶν τῶν Ὀπουντίων α. Περὶ ἡδονῆς α. Περὶ ἔρωτος α. Περὶ φίλων καὶ φιλίας α. Περὶ τοῦ γράφειν. Περὶ τοῦ Πλάτωνος. Περὶ ἐκλείψεως καὶ περὶ μεγέθους ἡλίου καὶ σελήνης καὶ γῆς α. Περὶ ἀστραπῶν. Περὶ πλανήτων. Ἀριθμητικά. Περὶ πολυγώνων ἀριθμῶν. Ὀπτικῶν β, ἐνοπτικῶν β, κυκλιακά, Μεσότητις, καὶ ἄλλα. — Aliter Suidae locum accepit Menagius ad Laërtium p. 158. Sed nec emendatio viri praestantissimi mihi probatur hoc loco, neque interpretatio, quam nec ipse secutus Menagius est p. 428. Miror viris doctis non animadversum, quod Laërtio idem philosophus III, 37 vocatur *Philippus*. Ait enim plerisque arbitrari, Philippum Opuntium leges Platonis ex cereis, in quibus auctor eas scripserat, tabellis transcripsisse, & tertium decimum librum addidisse. Ἐμοί τε φασίν, ὅτι Φίλιππος ὁ Ὀπούντιος τοὺς νόμους Πλάτωνος μετέγραψεν ὄντας ἐν κηρῶ. Τούτου καὶ τὴν Ἐπινομίδα φασίν εἶναι. Eiusdem Philippi in Platonis discipulis mentio, III, 47. — Hoc postea vidi etiam notatum accuratissimae eruditionis viro, Lud. Kuestero ad Suidam. Non praetereundus porro locus *Nicomachi Gerasoni* L. 1. Arithm. p. 6: Πλάτων δὲ ἐπὶ τέλει τοῦ τρισκαιδεκάτου τῶν νόμων, ὅτερ τινὲς φιλόσοφον ἐπιγράφουσιν, ὅτι ἐν αὐτῶ περισκοπεῖ, πόταπον δεῖ τὸν φιλόσοφον εἶναι —

Addenda ad Notitiam liter. de Platone eiusque scriptis vol. I praemissam.

ad p. xci - xciii fasciculi scriptorum Plat. & p. xciv versiones German. Friedrich Christian Jonathan Dillenius, (superior praceptor Scholae Vracensis in Duc. Wurtemberg.) Chrestomathiam Platonianam Graece & cum vers. Germ. notisque criticis & philol. illustratam

edidit Winterthurii 1782, 8. Continentur hac collectione scripta Platonis seq. 1) Eutyphron, oder vom Heiligen. 2) Theaetet, oder von der Wissenschaft. 3) Theages, oder von der Weisheit. 4) Laches, oder von der Tapferkeit. 5) Protagoras, oder die Sophisten. 6) Die Liebhaber, oder die Philosophie. 7) Menon, oder von der Tugend. 8) Alcibiades I, oder von der menschlichen Natur. 9) Alcibiades II, oder vom Gebet. 10) Platons Vertheidigung des Socrates. 11) Criton, oder von der Bürgerpflicht. 12) Phaeton, oder von der Seele. — Hisce igitur dialogis etiam singulis adscribenda est versio & cura Dillenii.

Addimus etiam ad contin. notit. liter. vol. II praemissam; quod *Theagem* Platonis feliciter imitatus est, philosophus elegantissimus, Io. Mart. *Wielandus*, cuius ore Mutas loqui Germanice nemo non novit, vol. I scriptorum profaicorum.

Ad Not. liter. vol. IV praemissam p. VI

Quod ad intelligentiam *Philebi* attinet, Serranum interpretem correxit philosophus eruditior Patavinus, Iac. *Stellini* Opp. vol. V.

Ad Not. liter. vol. V praemissam p. V


Lyfis. Consilium finemque huius dialogi Serrano haud perspectum rectius exposuit idem Iac. *Stellini* Opp. T. IV Lucubr. ethic. qui prodiit Patavii 1779, 4, p. 124 - 143.

Ad Not. liter. vol. VI praemissam p. IV

Reipublicae Platonis *Gallicis* interpretibus post Lud. *Regium*, & ante novissimum P. Grou, etiam adscribendus est De la *Piloniere*, qui *Londini* suam illius versionem splendide edendam curavit an. 1726, 4.

Anglice eandem vertit *Spence* cum *Diff.* de philosophia veterum. 1764, 8.

N O M O I



3

ΠΛΑΤΩΝΟΣ
ΝΟΜΩΝ

Η

ΠΕΡΙ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΣ

Τῶν δώδεκα λόγων ἢ διαλόγων ὁ πρῶτος.

PLATONIS
DE LEGIBUS.

SIVE

DE LEGUM INSTITUTIONE

E duodecim liber five dialogus primus.

ARGUMENTUM.

De legibus acturus Plato, accommodate incipit ab illarum causa & firmamento. Duplicem illarum causam notat: primariam quidem atque summam, Deum; secundam vero & intermediam, virtutem: non aliquam quidem illius partem, sed universam ipsam, omnibus suis partibus perfectam atque absolutam. quo uno nempe vinculo generis humani societas potest contineri. Docet item hominis naturam legum esse subiectum, corruptam quidem illam & variis vitiis contaminatam: ut ratio ipsa tot habeat hostes, quot sunt in homine cupidita-
Plat. Oper. Vol. VIII. A 2

tes, quarum veluti pugnam expressis imaginibus describit. Quod quidem facit in eum finem, ut intelligat legislator, quantam diligentiam quantumque iudicium in ferendis legibus, in quibus videlicet vesana illa humanarum cupiditatum intemperies coërceatur, adhibere debeat. Huius igitur dialogi thesīs est, Legum causae, Subiectum, & Finis: qui quidem finis huiusmodi notatur, ut & cives & respublica ex illo virtutum temperamento componantur, ac proinde illis vera constet felicitas.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΞΕΝΟΣ, ΚΛΕΙΝΙΑΣ ΚΡΗΣ,
ΜΕΓΙΛΛΟΣ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΣ.

- Θ

 ρ. Ἡ **ΘΕΟΣ** ἢ τις ἀνθρώπων ὑμῖν, ᾧ ξένοι, εἴληφε τὴν αἰτίαν
624 τῆς τῶν νόμων διαθέσεως; **ΚΛΕΙ.** Θεός, ᾧ ξένη, θεός, ὡς
a. γε τὸ δικαιοτάτου εἰπεῖν· παρὰ μὲν ἡμῖν, Ζεὺς, παρὰ δὲ
 Λακεδαιμονίοις (ὄθεν ὄδ' ἐστίν) οἶμαι φάναι τούτους Ἀπόλ-
 λωνα. ἢ γάρ; **ΜΕΓ.** Ναί. **ΑΘΗΝ.** Μῶν οὖν καθ' Ὅμηρον
 λέγεις, ὡς τοῦ Μίνω φοιτῶντος πρὸς τὴν τοῦ πατρὸς ἐκά-
b. σοτε συνουσίαν δι' ἐννάτου ἔτους, καὶ κατὰ τὰς παρ' ἐκείνου
 φήμας ταῖς πόλεσιν ὑμῖν θέντος τοὺς νόμους; **ΚΛΕΙ.** Λέ-

DIALOGI PERSONAE

ATHENIENSIS HOSPES, CLINIAS CRETENSIS,
MEGILLUS LACEDAEMONIUS.

DEUMNE, an aliquem hominum, o hospites, condenda-
rum legum causam existimatis? *Cli.* Deum, o hospes, Deum,
inquam, ut decet asserere: apud nos quidem Iovem, apud
Lacedaemonios vero, unde hic est, Apollinem dicturos istos
existimo. nonne? *Meg.* Certe. *Athen.* An Homerum secutus
ita dicis? nempe Minoa, per novennium patris colloctionem
petere solitum, eius monitis, civitatibus vestris leges, quem-

γεται γὰρ οὕτω παρ' ἡμῶν. καὶ δὴ καὶ τὸν ἀδελφὸν γε αὐτοῦ
 Ῥαδάμανθου (ἀκούετε γὰρ τὸ ὄνομα) δικαιοτάτον γεγονέναι.
 τοῦτον οὖν φαίμεν ἂν ἡμεῖς γε οἱ Κρηῖτες ἐκ τοῦ τότε διανέ- P.
 μιν τὰ περὶ τὰς δίκας ὀρθῶς, τοῦτον τὸν ἔπαινον αὐτὸν εἰ- 625
 ληφέναι. ΑΘΗΝ. Καὶ καλὸν γε τὸ κλέος, οἶεῖτε Διὸς μά- a.
 λα πρέπον. ἐπειδὴ δὲ ἐν τοιούτοις ἡθεσι τέτραφθε νομικοῖς,
 σύ τε καὶ ὄδω, προσδοκῶ οὐκ ἂν ἀγῶς ἡμᾶς περὶ τε πολι-
 τείας ταυῶν καὶ νόμων τὴν διατριβὴν λέγοντάς τε καὶ ἀκού-
 οντας ἅμα κατὰ τὴν πορείαν ποιήσεσθαι. πάντως δὲ γὰρ ἐκ
 Κνωσσοῦ ὁδὸς εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον καὶ ἱερὸν, ὡς ἀκούο- h.
 μεν, ἰκανὴ καὶ ἀνάπαυλαι κατὰ τὴν ὁδὸν, ὡς εἰκὸς, πνίγους
 ὄντος ταυῶν, ἐν τοῖς ὑψηλοῖς δένδροισιν εἰσὶ σκιαραὶ. καὶ ταῖς
 ἡλικίαις πρέπον ἂν ἡμῶν εἴη τὸ διαναπαύεσθαι πυκνὰ ἐν αὐ-
 ταῖς, λόγοις τε ἀλλήλους παραμυθουμένους, τὴν ὁδὸν ἄπα-
 σαν οὕτω μετὰ ῥαψῶνης διαπερᾶναι. ΚΛΕΙ. Καὶ μὴν ἔστι
 γε, ὃ ξένη, προΐοντι κυπαρίττων τε ἐν τοῖς ἄλσεσιν ὑψηλὴ καὶ
 κάλλιπα θαυμάσια, καὶ λειμῶνες, ἐν οἷσιν ἀναπαυόμενοι δια- c.
 τριβοίμεν ἂν. ΑΘΗΝ. Ὀρθῶς λέγεις. ΚΛΕΙ. Πάνυ μὲν

admodum ille canit, posuisse. *Cli.* Sic nostri ferunt. fratrem
 quoque eius Rhadamanthum (audivistis enim nomen) iustissi-
 mum fuisse. eumque nos Cretenses, quia tunc recte ius uni-
 cuique distribuerit, hanc laudem consecutum censemus. *Athen.*
 Egregia profecto laus, maximeque filio Iovis digna. Verum
 quia in huiusmodi moribus atque legibus ambo educati estis,
 tu scilicet atque hic, spero, nobis non iniucundum fore, si in-
 ter eundem de constituendis civitatibus ac legibus differamus.
 est autem a Gnosso in antrum templumque Iovis via, satis,
 ut audivimus, longa: sessionesque per ipsam sub altis arbori-
 bus, ut in aestu convenit, umbræ sunt. nostræ igitur ætati
 conveniens erit, frequenter in his requiescere, mutuoque ora-
 tionis solamine sine molestia iter hoc omne transigere. *Cli.* At-
 qui cum progressi fuerimus, hospes, cupressos offendemus in
 lucis proceritate specieque mirabili, prata quoque amoena, in
 quibus requiescentes libenter commorabimur. *Athen.* Recte ni-

- οὖν. ἰδόντες δὲ, μᾶλλον φήσομεν. ἀλλ' ἴωμεν ἀγαθῇ τύχῃ
 ΑΘΗΝ. Ταῦτ' εἶη. καὶ μοι λέγε, κατὰ τί τὰ ξυσσίτια τε
 ὑμῖν συντέταχεν ὁ νόμος καὶ τὰ γυμνάσια, καὶ τὴν τῶν
 ὄπλων ἕξιν. ΚΛΕΙ. Οἶμαι μὲν, ὦ ξένε, καὶ παντὶ ῥόδιον
 ὑπολαβεῖν εἶναι τὰ γε ἡμέτερα. τὴν γὰρ τῆς χώρας πάσης
 d. Κρήτης φύσιν ὁρᾶτε, ὡς οὐκ ἔστι, καθάπερ ἡ τῶν Θετταλῶν,
 πεδιάς. διὸ δὴ καὶ τοῖς μὲν ἵπποις ἐκεῖνοι χρῶνται μᾶλλον,
 δρόμοισι δὲ ἡμεῖς. ἦδε γὰρ ἀνώμαλος αὖ, καὶ πρὸς τὴν τῶν
 πεζῇ δρόμων ἀσκησιν μᾶλλον σύμμετρος. ἐλαφρὰ δὴ τὰ ὄπλα
 ἀναγκαῖον ἐν τῷ τοιοῦτῳ κεκτῆσθαι, καὶ μὴ βάρους ἔχοντα
 δεῖν. τῶν δὲ τόξων καὶ τοξευμάτων ἡ κουφότης ἀρμόττειν
 δοκεῖ. ταῦτ' οὖν πρὸς τὸν πόλεμον ἡμῶν ἅπαντα ἐξήρτυται καὶ
 e. πάνθ' ὁ νομοθέτης, ὡς γ' ἐμοὶ φαίνεται, πρὸς τοῦτο βλέπων
 συνετάττετο. ἐπεὶ καὶ τὰ ξυσσίτια κινδυνεύει συναγαγεῖν,
 ὁρῶν ὡς πάντες, ὅταν στρατεύωνται, τόθ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πράγ-
 ματος ἀναγκάζονται φυλακῆς αὐτῶν ἕνεκα ξυσσιτεῖν τοῦ-
 του τὸν χρόνον. ἀνοίαν δὴ μοι δοκεῖ καταγνώσθαι τῶν πολ-

mirum loqueris. *Cl.* Prorsus, verum haec magis affirmabi-
 mus, cum viderimus. Sed nunc bonis avibus eamus. *Athen.*
 Fiat. Sed dic mihi, oro, quamobrem convivia publica, gymna-
 sia, armorumque artem lex vobis instituit? *Cl.* Arbitror
 equidem, o hospes, nostra haec esse facillima cognitu. Natu-
 ram enim regionis Cretae totius universam videtis non esse, ut
 Thessaliae, planam. idcirco equis illi magis, nos cursibus uti-
 mur. inaequalitas haec locorum ad pedestrem exercitationem
 cursumque est aptior. quapropter armaturam quoque levio-
 rem esse necesse est, ne pondere suo cursum impediatur. ar-
 cum ergo sagittarumque levitas maximè congruit. Haec igi-
 tur omnia ad bellum nobis accommodata sunt: ad idque res-
 piciens legislator, cuncta, ut mihi videtur, instituit. Quippe
 huius gratia ipsam etiam conveniendi legem sanxisse videtur,
 cum omnes videret in militia, re ipsa coactos, custodiae suae
 gratia convivia habere communia. In quo sane arbitror eum
 stultitiae crimine permultos condemnasse, quod minime intel-

λῶν, ὡς οὐ μανθανόντων ὅτι πόλεμος αἰεὶ πᾶσι διὰ βίου
 ξυνεχῆς ἐστὶ πρὸς ἀπάσας τὰς πόλεις· εἰ δὴ πολέμου γε ὄν-
 τος, Φυλακῆς ἕνεκα δεῖ ξυσσιτεῖν, καὶ τινὰς ἄρχοντας καὶ
 ἀρχομένους διακεκοσμημένους εἶναι Φύλακας αὐτῶν· τοῦτο p.
 καὶ ἐν εἰρήνῃ δραξέον. ἦν γὰρ καλοῦσιν οἱ πλείοσι τῶν ἀνθρώ- 626
 πων εἰρήνην, τοῦτ' εἶναι μόνον ὄνομα, τῷ δ' ἔργῳ πάσαις a.
 πρὸς πάσας τὰς πόλεις αἰεὶ πόλεμον ἀκήρυκτον κατὰ φύσιν
 εἶναι. καὶ σχεδὸν ἀνευρήσεις, οὕτω σκοπῶν, τὸν Κρητῶν νο-
 μοθέτην, ὡς εἰς τὸν πόλεμον ἅπαντα δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ τὰ
 νόμιμα ἡμῖν ἀποβλέπων συνετάξατο· καὶ κατὰ ταῦτα οὐ-
 τω Φυλάττειν παρέδωκε τοὺς νόμους, ὡς τῶν ἄλλων οὐδεὶς b.
 οὐδὲν ὄφελος αὐτῷ, οὔτε κτημάτων, οὔτ' ἐπιτηδευμάτων, αὐ-
 μῇ τῷ πολέμῳ ἄρα κρατῆ τις. πάντα δὲ τὰ τῶν νικωμένων
 ἀγαθὰ, τῶν νικῶντων γίγνεσθαι. ΑΘΗΝ. Καλῶς γε, ᾧ
 ξένε, Φαίνη μοι γεγυμνάσθαι πρὸς τὸ διειδέναι τὰ Κρητῶν
 νόμιμα· τόδε δὲ μοι Θράζε ἐτι σαφέστερον. ὃν γὰρ ὄρον ἔδου
 τῆς εὐ πολιτευομένης πόλεως, δοκεῖς μοι λέγειν, οὕτω κε-
 κοσμημένην οἰκεῖν δεῖν ὥστε πολέμῳ νικᾶν τὰς ἄλλας πό- c.

ligant, bellum civitatibus omnibus cum omnibus iuge atque
 perpetuum esse. Nam si, dum est bellum, custodiam causa con-
 vivia in unum celebrare, praefectosque aliquos una cum sub-
 iectis suis armatos tueri ceteros oportet, id ipsum est pacis
 etiam tempore faciendum. quam enim plerique pacem no-
 minant, id esse nomen solummodo existimandum: re vero
 ipsa omnibus civitatibus adversus omnes non indictum bellum
 natura esse. Ac reperies fere, si consideres, Cretensem legum-
 latorem omnes leges, tam privatim, quam publice, ita nobis
 conscripsisse, quasi ad bellum respiceret: atque ita illis parere
 iussisse, quasi ceterarum rerum nulla esset utilitas, non pos-
 sessionum, non artium, nisi quis bello superet; cum omnia bo-
 na eorum, qui victi sunt, ad victores illico transeant. Athen.
 Probe, o hospes, ad exponendum Cretensem leges exerci-
 tatus mihi videris. sed id planius dicas. nam recte dispositam
 civitatem ita demum dicere visus es, si sic instituta sit, ut ce-

- λεις. ἢ γάρ; ΚΛΕΙ. Πάνυ μὲν οὖν. οἶμαι δὲ καὶ τῷδε οὕτω
 ξυνοκεῖν. ΜΕΓ. Πῶς γὰρ ἂν ἄλλως ἀποκρίναίτο, ὦ θεῖς,
 Λακεδαιμονίων γε δοττισοῦν; ΑΘΗΝ. Πότερον οὖν δὴ πό-
 λεισι μὲν πρὸς πόλεις ὀρθὸν τοῦτ' ἐστὶ, κώμη δὲ πρὸς κώμη
 ἕτερον; ΚΛΕΙ. Οὐδαμῶς. ΑΘΗΝ. Ἀλλὰ ταυτόν; ΚΛΕΙ.
 Ναί. ΑΘΗΝ. Τί δέ; πρὸς οἰκίαν οἰκίᾳ τῶν ἐν τῇ κώμῃ,
 καὶ πρὸς ἄνδρα ἀνδρὶ ἐνὶ πρὸς ἓνα, ταυτόν ἐτι; ΚΛΕΙ.
 α. Ταυτόν. ΑΘΗΝ. Αὐτῷ δὲ πρὸς αὐτὸν πότερον ὡς πολεμῶν
 πρὸς πολέμιον διανοητέον; ἢ πῶς ἐτι λέγωμεν; ΚΛΕΙ. Ὡ-
 ξένε Ἀθηναῖε. οὐ γάρ σε Ἀττικὸν ἐθέλοισι' ἂν προσαγορευ-
 εῖν. δοκεῖς γάρ μοι τῆς θεοῦ ἐπωνυμίας ἄξιός εἶναι μᾶλλον
 ἐπονομάζεσθαι. τὸν γὰρ λόγον ἐπ' ἀρχὴν ὀρθῶς ἀναγαγὼν,
 σαφέστερον ἐποίησας. ὥστε ῥᾶον ἀνευρήσεις ὅτι νῦν δὴ ὑφ' ἡμῶν
 ὀρθῶς ἐρρήθη τὸ πολεμῖος εἶναι πάντας πᾶσι, δημοσίᾳ τε
 β. καὶ ἰδίᾳ ἐκάστους αὐτοὺς σφίσιν αὐτοῖς. ΑΘΗΝ. Πῶς εἰρη-
 κας, ὦ θαυμάσιε; ΚΛΕΙ. Κἀνταῦθα, ὦ ξένε, τὸ νικᾶν
 αὐτὸν αὐτὸν, πασῶν νικῶν πρώτη τε καὶ ἀρίστη, τὸ δὲ ἡττᾶ-

teras bello vincere possit. itane? *Cli.* Ita profus. hunc etiam
 arbitror consensurum. *Meg.* Haud aliter Lacedaemoniorum
 quispiam, o divine vir, responderet. *Athen.* Utrum civitati ad
 civitatem ita convenit; pago autem ad pagum aliter? *Cli.*
 Non aliter. *Athen.* Similiter ergo se habent. *Cli.* Similiter.
Athen. Numquid & domus ad domum, quae eodem in pago
 sunt, & singuli viri ad singulos? *Cli.* Similiter & ista. *Athen.*
 Quid porro de viro quolibet ad se ipsum est dicendum? utrum
 quemlibet ad se ipsum, quasi hostem ad hostem, meditandum
 comparandumque dicemus? an aliter? *Cli.* O hospes Athenien-
 sis. non enim ego te Atticum nominare volo. videris namque
 Deae ipsius Athenas, id est, Palladis cognomento dignior esse.
 nempe universam hanc rationem ad principium reductam pla-
 nam fecisti, quo facilius inveniri queat, probe iam fuisse di-
 ctum, hostes videlicet omnes omnibus esse, tam publice, quam
 privatim, & singulos sibi ipsis. *Athen.* Quomodo id ais, o vir
 mirifice? *Cli.* Primam, o hospes, & optimam esse dico victo-

εἶναι αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ, πάντων αἰσχιζόν τε ἄμα καὶ κλέμ-
 ζον. ταῦτα γὰρ, ὡς πολέμου ἐν ἐκάστοις ἡμῶν ὄντος πρὸς
 ἡμᾶς αὐτοῦς, σημαίνει. ΑΘΗΝ. Πάλιν τοίνυν τὸν λόγον
 ἀνασρέψωμεν. ἐπειδὴ γὰρ εἰς ἕκαστος ἡμῶν, ὁ μὲν, κρείττων
 αὐτοῦ, ὁ δὲ, ἡττων ἐστὶ, πότερα φῶμεν οἰκίαν τε καὶ κώ- P.
 μιν καὶ πόλιν ἔχειν ταυτὸν τοῦτο ἐν αὐταῖς, ἢ μὴ φῶμεν; 627
 α.
 ΚΛΕΙ. Τὸ κρείττω δὲ αὐτῆς εἶναι λέγεις τινὰ, τὴν δ' ἡτ-
 τω; ΑΘΗΝ. Ναί. ΚΛΕΙ. Καὶ τοῦτο ὀρθῶς ἦρου. πάνυ
 γὰρ ἐστὶ καὶ σφόδρα τὸ τοιοῦτον, οὐχ ἡκιστα, ἐν ταῖς πόλεσιν.
 ἐν ὁπόσαις μὲν γὰρ οἱ ἀμείνονες νικῶσι τὸ πλῆθος καὶ τοὺς
 χεῖρους, ὀρθῶς ἂν αὕτη κρείττων τε αὐτῆς λέγοιτο ἢ πόλις,
 ἐπινοοῖτό τε ἂν δικαιοῦτατα τῇ τοιαύτῃ νίκῃ τοῦναντίου δὲ,
 ὅπου τῶναντία. ΑΘΗΝ. Τὸ μὲν τοίνυν εἶποτ' ἐστὶ που τὸ b.
 χεῖρον κρείττων τοῦ ἀμείνονος, ἐάσωμεν (μακροτέρου γὰρ
 λόγου) τὸ δ' ὑπὸ σοῦ λεγόμενον μανθάνω νῦν, ὡς ποτε πο-
 λιται ξυγγενεῖς καὶ τῆς αὐτῆς πόλεως γεγονότες, ἀδικοὶ καὶ
 πολλοὶ συνηθόντες δικαίους ἐλάττους ὄντας βιάσονται δου-

riam, ut se ipsum quis vincat: turpissimum vero quiddam &
 pessimum, ut a se ipso vincatur. atque haec omnia, singulis ad-
 versus se ipsos bellum esse, significant. *Athen.* Orationem igitur
 illam resumamus. nam cum quisque nostrum, aut superior se
 ipso fit, aut inferior; dicendumne est, eodem se modo do-
 mum, pagum, & civitatem habere? an aliter? *Cli.* Sitne su-
 perior aliqua se ipsa, aliqua inferior, dicis? *Athen.* Id ipsum.
Cli. Id quoque recte quaesisti. non enim minus civitatibus id
 contingit: immo maxime hoc in eis perspicitur. nam ubi me-
 liores multitudinem peioresque superant, recte profecto civitas
 illa superior se ipsa dicetur, & hac victoria non iniuria lauda-
 bitur: contra vero, ubi contrarium fit. *Athen.* Sed utrum
 quod peius est, meliore aliquando superius & potentius fit, ad
 praesens praetermittatur. longiore namque oratione indiget.
 Quod autem abs te dictum est, sic intelligo, quod cives
 quandoque cognati & civitatis eiusdem, multi & improbi, ad-
 versus iustos, paucos illos, conspirabunt, vimque inferent, ut

- λούμενοι· καὶ ὅταν μὲν κρατήσωσι, ἤττων ἢ πόλις αὐτῆς ὀρθῶς αὕτη λέγοιτ' ἂν ἅμα καὶ κακῆ ὅπου δ' ἂν ἤττωνται, κρείττων τε καὶ ἀγαθῆ. ΚΛΕΙ. Καὶ μάλα ἄτοπον, ὦ ξένε,
- c. τὸ νῦν λεγόμενον ὅμως δ' ὁμολογεῖν οὕτως, ἀναγκαιότατον. ΑΘΗΝ. Ἐχε δὴ, καὶ τόδε πάλιν ἐπισκεψώμεθα. πολλοὶ ἀδελφοὶ που γένοιτ' ἂν ἐνὸς ἀνδρός τε καὶ μιᾶς υἱεὺς. καὶ δὴ καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, τοὺς πλείους μὲν ἀδίκους αὐτῶν γίγνεσθαι, τοὺς δὲ ἐλάττους, δικαίους. ΚΛΕΙ. Οὐ γὰρ οὖν. ΑΘΗΝ. Καὶ οὐκ ἂν εἴη γε πρέπον ἐμοὶ τε καὶ ὑμῖν, τοῦτο θηρεῦειν, ὅτι νικούντων μὲν τῶν πονηρῶν, ἢ τε οἰκία καὶ ἢ ξυγγένεια αὕτη πᾶσα, ἤττων αὐτῆς λέγοιτ' ἂν κρείττων
- d. δὲ, ἤττωμένων. οὐ γὰρ εὐσχημοσύνης τε καὶ ἀσχημοσύνης ῥημάτων ἕνεκα τανῦν σκοπούμεθα πρὸς τὸν τῶν πολλῶν λόγον, ἀλλ' ὀρθότητός τε καὶ ἀμαρτίας περὶ νόμων, ἣτις ποτέ ἐστι φύσει. ΚΛΕΙ. Ἀληθέστατα, ὦ ξένε, λέγεις. ΜΕΓ. Καλῶς μὲν οὖν, ὡς γε καὶ ἐμοὶ ξυνοικεῖν, τόγε τοσοῦτον τανῦν. ΑΘΗΝ. Ἰδῶμεν δὴ καὶ τόδε. τούτοις τοῖς ἄρτι λεγομένοις ἀδελφοῖς γένοιτ' ἂν που τις δικασῆς; ΚΛΕΙ. Πάνυ γε. ΑΘΗΝ. Πότερος οὖν ἀμείνων; ὅστις τοὺς μὲν ἀπολέσειεν

eos subiciant: ac, si vicerint, civitas illa se ipsa inferior pravaque dicetur: sin autem victi fuerint, superior atque proba.

Cli. Mirum est, hospes, quod dicitur. sic tamen fateri necesse.

Athen. Age iam, & hoc rursus consideremus. Multi ab uno patre matreque eadem fratres nasci possunt: nec mirum, si plures eorum iniusti erunt, iusti vero pauciores.

Cli. Nihil mirum.

Athen. Nec me decet, arbitror, aut vos isthuc captare, domum scilicet & cognationem universam inferiorem se ipsa videri, si pravi superent: superiorem, si vincantur. neque enim hoc agimus, ut elegantiam vel ruditatem verborum observemus, quod multi facere solent: sed ut, quae recta ratio secundum naturam in legibus sit, quis error, indagemus.

Cli. Vera loqueris, hospes.

Meg. Probe profecto hucusque mihi quoque dictum videtur.

Athen. Hoc praeterea consideremus. utrum dictis modo fratribus iudex quispiam praeesse poterit?

Cli. Procul dubio.

αὐτῶν ὅσοι κακοὶ, τοὺς δὲ βελτίους ἄρχειν αὐτοὺς αὐτῶν e.
 προστάξειεν; ἢ ὅδε, ὃς ἂν τοὺς μὲν χρηστοὺς ἄρχειν, τοὺς
 χειροὺς δ' ἐάσας ζῆν, ἄρχεσθαι ἐκόντας ποιήσῃ; τρίτον δὲ
 που δικαστὴν πρὸς ἀρετὴν εἶπαμεν, εἴ τις εἴη τοιοῦτος, ὅστις
 παραλαβὼν συγγένειαν μίαν διαφερομένην, μήτε ἀπολέσειε
 μηδένα· διαλλάξας δὲ εἰς τὸν ἐπίλοιπον χρόνον, νόμους αὐ- p.
 τοῖς θεῖς, πρὸς ἀλλήλους παραφυλάττειν δύναίτο, ὥστε εἶναι 628
 φίλους. ΚΛΕΙ. Μακρῶ ἀμείνων γίγνοιτ' ἂν ὁ τοιοῦτος δι- a.
 καστής τε καὶ νομοθέτης. ΑΘΗΝ. Καὶ μὴν τοῦναντίον γε ἢ
 πρὸς πόλεμον ἂν βλέπων αὐτοῖς τοὺς νόμους διανομοθετοῖ.
 ΚΛΕΙ. Τοῦτο μὲν ἀληθές. ΑΘΗΝ. Τί δ' ὁ τὴν πόλιν ξυναρ-
 μόττων; πρὸς πόλεμον αὐτῆς ἂν τὸν ἔξωθεν βλέπων, τὸν
 βίον κοσμοῖ μάλλον, ἢ πρὸς πόλεμον τὸν ἐν αὐτῇ γιγνώ- b.
 μενον ἐκάστοτε, ἢ δὴ καλεῖται εἰσῆσις; ὃν μάλιχα μὲν ἅπας
 ἂν βούλοίτο μήτε γενέσθαι ποτὲ ἐν ἑαυτοῦ πόλει, γενόμενον
 τε ὡς τάχις ἀπαλλάττεσθαι. ΚΛ. Δῆλον ὅτι πρὸς τοῦτου.
 ΑΘΗΝ. Πότερα δ' ἀπολομένων αὐ τῶν ἐτέρων εἰρήνην τῆς
 εἰσεως γενέσθαι, νικησάντων δὲ τῶν ἐτέρων δέξαιτ' ἂν τις

Athen. Uter igitur melior erit iudex? num qui improbos per-
 det, efficietque, ut probi sibi ipsi imperent? an qui probos
 quidem facit imperare; improbos autem, cum sponte subire
 imperium persuaferit, vivere patietur? tertium virtute iudicem
 his addamus, si quis talis reperietur, qui dissidentem cogna-
 tionem ita commendatam habeat, ut neminem perdat, sed re-
 conciliatis leges conscribat, quibus inter se perpetuo amici fu-
 turi sint. *Cli.* Longe melior talis iudex legumque conditor erit.
Athen. Atqui contra, quam ad bellum respiciens, ipsis leges
 conscribet. *Cli.* Vera loqueris. *Athen.* Quid autem? qui ad
 bellum respiciens, civitatem constituit, utrum ad externa bella
 respiciet, & ad illa vitam civium referet: an intestina, quae
 seditiones appellantur, quae minime omnium & esse in civi-
 tate sua quivis cupiat, &, si sint, quam ocissime abolere? *Cli.*
 Ad haec plane. *Athen.* Utrum vero, perdita civium parte, pa-
 cem ex seditione consequi, cum altera pars potita victoria

- μᾶλλον ἢ Φιλίας τε καὶ εἰρήνης ὑπὸ διαλλαγῶν γενομένης· οὕτω τοῖς ἔξωθεν πολεμίοις προσέχειν ἀνάγκη εἶναι τὸν νοῦν;
- c. ΚΛΕΙ. Οὕτω πᾶς ἂν ἐθέλοι πρότερον ἢ κείνως περὶ τὴν αὐτοῦ γίγνεσθαι πόλιν. ΑΘ. Οὐκοῦν καὶ νομοθέτης ὡσαύτως;
- ΚΛΕΙ. Τί μὴν; ΑΘΗΝ. Ἄρ' οὖν οὐ τοῦ ἀρίστου ἕνεκα πάντα ἂν τὰ νόμιμα τιθεῖν πᾶς; ΚΛΕΙ. Πῶς δ' οὐ; ΑΘΗ. Τόγε μὴν ἀρίστου, οὔτε ὁ πόλεμος, οὔτε ἡ σῴσις· (ἀπεικτὸν δὲ τὸ δεηθῆναι τούτων) εἰρήνη δὲ πρὸς ἀλλήλους ἅμα καὶ φιλοφροσύνη. καὶ δὴ καὶ τὸ νικᾶν, ὡς ἔοικεν, αὐτὴν αὐτὴν
- d. πόλιν, οὐκ ἦν τῶν ἀρίστων, ἀλλὰ τῶν ἀναγκαίων. ὅμοιον ὡς εἰ κάμνον σώμα, ἰατρικῆς καθάρσεως τυχόν, ἠγροῖτό τις ἀρίστα πράττειν τότε, τῷ δὲ μηδὲ τοπαράπαν δεηθέντι σώματι μηδὲ προσέχει τὸν νοῦν. ὡσαύτως δὲ καὶ πρὸς πόλεως εὐδαιμονίαν ἢ καὶ ἰδιώτου διανοοῦμενος οὕτω τις, οὐτ' ἂν ποτε πολιτικὸς γένοιτο, ὀρθῶς πρὸς τὰ ἔξωθεν πολεμικὰ ἀποβλέπων μόνον καὶ πρῶτον, οὐτ' ἂν νομοθέτης ἀκριβῆς, εἰ μὴ χάριν εἰρήνης τὰ πολέμου νομοθετοῖ μᾶλλον ἢ τῶν πολεμι-

fit, malit quispiam : an potius, per reconciliationem facta pace amicitiaque firmata, ad externa bella totius animum civitatis converti? *Cli.* Hoc profecto potius, quam illud, civitati suae accidere quisque optabit. *Athen.* Nonne & legumlator similiter? *Cli.* Similiter. *Athen.* An non ipsius optimi gratia leges omnes ferendae sunt? *Cli.* Ipsius nempe. *Athen.* Atqui optimum nec bellum nec feditio est: (omnes enim deprecantur, ne quid horum sibi ineundum sit:) sed pax, mutuaque benevolentia. sed neque victoria illa, qua civitas ipsa se ipsam superat, optimum quiddam est, sed necessarium potius. putare autem, optimum civitatis statum in pugnando & vincendo consistere, simile est, ac si quis optime cum aegrotante agi putet, dum curatur: de eo vero ne cogitet quidem, qui nunquam aegrotaverit. Et si quis similiter de civitatis, vel privati hominis, felicitate existimet: nec civilis revera unquam vir erit, dum externa solum atque inprimis bella respiciet; nec exquisitus legum conditor, nisi gratia pacis de bello potius, quam

κῶν ἕνεκα τὰ τῆς εἰρήνης. ΚΛΕΙ. Φαίνεται μὲν πως ὁ λόγος c.
 οὔτος, ὃ ξένη, ὀρθῶς εἰρησθῆναι θαυμάζω γε μὴν εἰ τὰ τε
 παρ' ἡμῶν νόμιμα καὶ ἔτι τὰ περι Λακεδαιμόνα μὴ πᾶσαν
 τὴν σπουδὴν τούτων ἕνεκα πεποιήται. ΑΘΗ. Τάχ' ἂν ἴσως. p.
 δεῖ δ' οὐδὲν σκληρῶς ἡμᾶς αὐτοὺς διαμάχεσθαι ταυῦν· ἀλλ' 629
 ἡρέμα ἀνερωτᾶν, ὡς μάλιστα περι ταῦτα ἡμῶν τε καὶ ἐκείνων
 σπουδαζόντων. καὶ μοι τῷ λόγῳ ξυνακολουθήσατε. προστη-
 σώμεθα γοῦν Τύρταιον, τὸν φύσει μὲν Ἀθηναῖον, τῶνδε δὲ
 πολίτην γενόμενον, ὃς δὴ μάλιστα ἀνθρώπων περι ταῦτα
 ἐσπούδακεν, εἰπὼν ὅτι, Οὔτ' ἂν μνησαίμην, οὔτ' ἐν λόγῳ
 ἄνδρα τιθείμην, οὔτ' εἰ τις πλουσιώτατος ἀνθρώπων εἴη, b.
 Φησὶν, οὔτ' εἰ πολλὰ ἀγαθὰ κεκτημένος (εἰπὼν σχεδὸν
 ἅπαντα) ὃς μὴ περι τὸν πόλεμον ἄριστος γίγνεται· αἰεὶ ταῦτα
 γὰρ ἀκήκοός που καὶ σὺ τὰ ποιήματα. ὃδε μὲν γὰρ, οἶμαι,
 διακορῆς αὐτῶν ἐσι. ΜΕΓ. Πάνυ μὲν οὔν. ΚΛΕΙ. Καὶ μὴν
 καὶ παρ' ἡμᾶς ἐλήλυθε κομισθέντα ἐκ Λακεδαιμόνος. ΑΘΗ.
 Ἴδι οὔν δὴ ἀνερώμεθα κοινῇ τουτοῦ τὸν ποιητὴν οὕτως ἴσως,
 Ὡ Τύρταιε, ποιητὰ θεότατε· δοκεῖς γὰρ δὴ σοφὸς ἡμῶν

belli gratia de pace, leges conscribat. *Cli.* Recte haec, hospes,
 dicta esse videntur. ego vero mirarer, si quis forte tam no-
 fitas, quam Lacedaemoniorum, leges non belli gratia fedulo pro-
 fitas esse contendat. *Athen.* Fortasse ita fit. oportet autem
 non contentiose, sed quiete, rem inquirere, studio quam ma-
 xime tam a vobis, quam ab illis, huiusmodi rebus adhibito.
 Attendatis igitur, oro. Incipiamus a Tyrtaeo, natura quidem
 Atheniense, Lacedaemoniorum postea cive, qui prae ceteris
 hominibus maxime huiusmodi rebus incubuit, & dixit: *Non
 si opibus superet cunctos, & plurima solus Possideat bona* (nu-
 merat autem fere omnia) *vir mihi nomine dignus abibit, Tra-
 standis quisquis non est accommodus armis.* Haec tu quoque for-
 sitan carmina audivisti. nam hunc obtusum iam esse audiendo
 arbitror. *Meg.* Vulgatissima haec apud nos sunt. *Cli.* Ad nos
 quoque haec Lacedaemone advecta pervenerunt. *Athen.* In
 commune igitur hoc modo hunc poetam interrogemus: O

- c. εἶναι καὶ ἀγαθὸς, ὅτι τοὺς μὲν ἐν τῷ πολέμῳ διαφέροντάς, διαφερόντως ἐγκεχωμιάκας. ἤδη οὖν τυγχάνομεν ἐγὼ τε καὶ ὄδε καὶ Κλεινίας ὁ Κνώσσιος οὗτοσί ξυμφερόμενοί σοι περὶ τούτου σφόδρα, ὡς δοκοῦμεν. εἰ δὲ περὶ τῶν αὐτῶν λέγομεν ἀνδρῶν ἢ μὴ, βουλόμεθα σαφῶς εἰδέναι. λέγε οὖν ἡμῖν, ἄρα εἶδη δύο πολέμου, καθάπερ ἡμεῖς, ἡγῆ καὶ σὺ σαφῶς; ἢ πᾶς; Πρὸς ταῦτα, οἶμαι, καὶν πολὺ φαυλότερος εἴποι Τυρταίου
- d. τίς τάλιθες, ὅτι δύο. τὸ μὲν, ὃ καλοῦμεν ἅπαντες εἰσὶν ὃς δὴ πάντων πολέμων χαλεπώτατος, ὡς ἔφαμεν ἡμεῖς νῦν δὴ τὸ δ' ἄλλο πολέμου θῆσομεν, οἶμαι, γένος ἅπαντες, ᾧ πρὸς τοὺς ἐκτός τε καὶ ἄλλοφύλους χρώμεθα διαφερόμενοι, πολὺ πραότερον ἐκείνου. ΚΛΕΙ. Πῶς γὰρ οὐ; ΑΘΗΝ. Φέρε δὴ, ποτέρους καὶ πρὸς πότερον ἐπαινῶν τὸν πόλεμον, οὕτως τοὺς μὲν ὑπερεπήνεσας, τοὺς δ' ἔψεξας τῶν ἀνδρῶν; ἔοικας μὲν γὰρ πρὸς τοὺς ἐκτός. εἰρηκας γοῦν ὥδε ἐν τοῖς ποιήμασιν, ὡς
- e. οὐδαμῶς τοὺς τοιούτους ἀνεχόμενος, Οἷ μὴ τολμήσουσι μὲν ὄραῖν φόνου αἱματβέντα, Καὶ δῆϊων ὄρέγονιτ' ἐγγύθεν ἰσάμενοι. οὐκοῦν τὰ μετὰ ταῦτα εἴποιμεν ἂν ἡμεῖς, ὅτι σὺ μὲν

divinissime poëta Tyrtaee, sapiens certe ac bonus nobis esse videris, qui excellentibus eos extulisti laudibus, qui in bello excelluerunt: de quo iam ego, & hic, & Clinias Gnoffius, valde tibi assentire videmur. utrum autem eisdem de viris dicamus, an non, plane scire vellemus. Quare nobis explana, num tu quoque, sicuti & nos, duo belli genera arbitreris, an aliter. Ad haec, arbitror, non Tyrtaeum solum, sed & quemvis illo longe deiectionem, duo protinus responsurum: alterum, quod seditionem appellamus, omniumque gravissimum esse modo concessimus: alterum vero belli genus, quod omnes ponimus multo mitius illo, quo adversus externos & alienigenas utimur. *Cli.* Cui dubium? *Athen.* Dic igitur nobis, quos viros in quo belli genere ita valde laudasti, & quos usque adeo vituperasti? Videris enim eos laudasse, qui externa magno animo bella gerunt. sic enim in carminibus dixisti, *Quisquis non ausit caedem spectare cruentam, Et durum co-*

ἐπαινεῖς, ὡς ἔοικας, ὦ Τύρταιε, μάλιστα τοὺς πρὸς τὸν ὀθνεῖόν τε καὶ ἔξωθεν γιγνόμενον πόλεμον ἐπιφανεῖς. Φαίη ταῦτ' ἄν που καὶ ὁμολογοῖ. ΚΛΕΙ. Τι μὴν; ΑΘΗΝ. Ἡμεῖς δέ γε, ἀγαθῶν ὄντων τούτων, ἐτι φαμὲν ἀμείνους εἶναι καὶ πολὺ ^{p.} τοὺς ἐν τῷ μεγάλῳ πολέμῳ γιγνομένους ἀρίστους διαφανῶς. ^{63*} ποιητὴν δὲ καὶ ἡμεῖς μάρτυρα ἔχομεν, Θεόγγιν, πολίτην τῶν ^{a.} ἐν Σικελίᾳ Μεγαρέων ὅς φησι, Πισὸς ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι Ἄξιος, ἐν χαλεπῇ, Κύρνε, διχοστασίῃ. Τοῦτον δὴ φαμὲν ἐν πολέμῳ χαλεπωτέρῳ ἀμείνονα ἐκείνου πάμπλου γίγνεσθαι, σχεδὸν ὅσον ἀμείνων δικαιοσύνη καὶ σαφροσύνη καὶ φρόνησις, εἰς ταυτὸν ἐλθοῦσα μετ' ἀν- ^{b.} δρείας. πισὸς μὲν γὰρ καὶ ὑγιὴς ἐν εἴσεσιν οὐκ ἄν ποτε γένοιτο, ἀνευ ξυμπάσης ἀρετῆς· διαβάντες δ' εὖ καὶ μαχόμενοι, ἐθέλοντες ἀποθνήσκειν ἐν τῷ πολέμῳ, φράζει Τύρταιος, τῶν μισθοφόρων εἰσὶ πάμπολλοι, ὧν οἱ πλείοσι γίνονται θρασεῖς καὶ ἀδικοὶ καὶ ὑβρισαί, καὶ ἀφρονέεσται σχεδὸν ἀπάντων, ἐκτὸς δὴ τινῶν μάλα ὀλίγων. ποῖ δὴ τελευτᾷ νῦν ἡμῖν οὗτος ὁ λόγος; καὶ τί φανερόν ποτε ποιῆσαι βουλευθεῖς

ram manibus laceffere Martem, Despicio. Hinc nos, o Tyrtaeae, eos te laudare colligimus, qui in externis bellis gerendis prae ceteris clareant. Concedet Tyrtaeus? Cli. Quidni? Athen. Nos autem, cum hi praestantes sint, longe praestantiores eos existimamus, qui maximo in bello praestant. testemque & nos poetam habemus Theognim Megarenssem civem ex Sicilia, qui ait: Argento fuerit fulvo aequiparandus & auro, Fidus in insana seditione manens. Hunc itaque dicimus in gravissimo bello tanto illo esse meliorem, quanto sola fortitudine melior est iustitia, temperantia, sapientia, fortitudini coniuncta. nemo enim integer & fidelis sine omnium virtutum numero in seditionibus reperiri poterit. Multi autem etiam mercenarii, quod non negabit Tyrtaeus, reperiuntur, qui externo in bello intrepide pugnant: quorum plurimi feroces, iniurii, contumeliosi, paucissimisque exceptis, omnium amenissimi. Quorsum vero haec? quidque ex his declaratum esse

- c. λέγει ταῦτα; δῆλον ὅτι τόδε, ὡς παντὸς μᾶλλον καὶ ὁ τῆδε παρὰ Διὸς νομοθέτης, πᾶς τε οὐ καὶ σμικρὸν ὄφελος, οὐκ ἄλλο ἢ πρὸς τὴν μεγίστην ἀρετὴν μάλιχα βλέπων ἀεὶ, θήσει τοὺς νόμους. ἔσι δὲ, ὡς Φησὶ Θεογνίς, αὕτη πισότης ἐν τοῖς δεινοῖς ἦν δικαιοσύνην ἂν τις τελέαν ὀνομάσειεν. ἦν δ' αὖ Τύρ- ταιος ἐπήνεσε μάλιχα, καλὴ μὲν, καὶ κατὰ καιρὸν κεκοσμη- μένη τῷ ποιητῇ, τετάρτη δὲ ὁμῶς ἀριθμῶ τε καὶ δυνάμει τοῦ
- d. τιμία εἶναι λέγοιτ' ἂν ὀρθότατα. ΚΛΕΙ. ὦ ξέεε, τὸν νομο- θέτην ἡμῶν ἀποβάλλομεν εἰς τοὺς πόρρω νομοθέτας; ΑΘΗ. Οὐχ ἡμεῖς γε, ὦ ἄρισε· ἀλλ' ἡμᾶς αὐτοὺς, ὅταν οἰώμεθα πάντα τά τ' ἐν Λακεδαίμονι καὶ τὰ τῆδε πρὸς τὸν πόλεμον μάλιχα βλέποντας Λυκοῦργόν τε καὶ Μίνω τίθεσθαι τὰ νό- μιμα. ΚΛΕΙ. Τὸ δὲ πῶς χρῆν ἡμᾶς λέγειν; ΑΘΗΝ. Ὄσ- περ τό, τε ἀληθὲς, οἶμαι, καὶ τὸ δίκαιον ὑπὲρ γε θείας διαλε-
- e. γομένους λέγειν, οὐχ ὡς πρὸς ἀρετῆς τι μῦθον, καὶ ταῦτα τὸ φαυλότατον, ἐτίθει βλέπων, ἀλλὰ πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν, καὶ κατ' εἶδη ἐζήτει αὐτῶν τοὺς νόμους· οὐδ' ἄπερ οἱ τῶν νῦν

voluit, cum haec dixit? Quod videlicet omnino tam ille, qui leges hic ab Iove dedit, quam alius omnis legumlator, si quid modo profuturus est, ita leges condet, ut non ad aliud, quam ad amplissimam semper virtutem, respiciat. Est autem, ut inquit Theognis, fides illa, quae maxime in periculis lucet, quam iustitiam perfectam quis nominabit. Ea vero, quam summopere Tyrtaeus laudavit, etsi pulchra est, & a poeta opportune laudata, virtute tamen, qua ex honorabilium genere dicitur, & numero, quarto loco rectissime honoranda est. *Cli.* Ergo, hospes, legum nostrarum conditorem inter ultimos legum conditores reiiicimus? *Athen.* Non illum, o vir optime, sed ipsi nos ipsos: si quidem putemus, & hic & apud Lacedaemonios Lycurgum & Minoem, ad bellum respicientes, leges condidisse. *Cli.* Quomodo igitur de hoc dicere nos oportebat? *Athen.* Ut veritas & iustitia postulat eos dicere, qui de divina republica differunt: non ad particulam virtutis, & praesertim ad deiectionem, sed ad universam ipsos virtutem

εἶδη προτιθέμενοι ζητοῦσιν. οὗ γὰρ ἂν ἕκαστος ἐν χρείᾳ γιγνη-
 ται, τοῦτο ζητεῖ νῦν παραθέμενος· ὁ μὲν, τὰ περὶ τῶν κλη-
 ρων καὶ ἐπικλήρων, ὁ δὲ, τῆς αἰκίας περὶ ἄλλοι δὲ ἄλλα ἄτ-
 τα, μυρία τοιαῦτα. ἡμεῖς δὲ φημὲν εἶναι τὸ περὶ νόμους ζή-
 τημα τῶν εὖ ζητούντων, ὡσπερ νῦν ἡμεῖς ἠρξάμεθα. καὶ σοῦ p.
 τὴν μὲν ἐπιχείρησιν τῆς ἐξηγήσεως περὶ τοὺς νόμους παντά- 631
 πασι ἀγαμαί· (τὸ γὰρ ἀπ' ἀρετῆς ἀρχεσθαι, λέγοντα ὡς a.
 ἐτίθει ταύτης ἕνεκα τοὺς νόμους, ὀρθόν) ὅτι δὲ πάντα εἰς
 μόριον ἀρετῆς, καὶ ταῦτα τὸ σμικρότατον, ἐπαναφέροντα
 εἴησθα αὐτὸν νομοθετεῖν, οὔτε ὀρθῶς ἔτι μοι κατεφάνης λέ-
 γων, τόν τε ὕπερον νῦν λόγον τοῦτον πάντα εἴρηκα διὰ ταῦ-
 τα. πῆ δὲ οὖν σε ἐπ' ἂν ἐβουλόμην διελόμενον λέγειν, αὐτός b.
 τε ἀκούειν, βούλει σοὶ φράζω; ΚΛΕΙ. Πάνυ μὲν οὖν. ΑΘΗ.
 Ὡ ξένη, ἐχρήν εἰπεῖν, οἱ Κρητῶν νόμοι, οὐκ εἰσὶ μάτην δια-
 φερόντως ἐν πᾶσιν εὐδόκιμοι τοῖς Ἕλλησιν. ἔχουσι γὰρ ὀρθῶς,
 τοὺς αὐτοῖς χρωμένους εὐδαίμονας ἀποτελοῦντες. ἅπαντα

respexisse putandum, & per singulas earum species, leges quae-
 sisse, nec eas species investigasse, quas multi modo propo-
 nentes quaerunt. id enim quisque maxime quaerere solet,
 quo maxime indiget: alius de hereditate, & mulieribus solis
 heredibus relictis in uxores ducendis, alius de iniuria, alius
 de ceteris huiusmodi multis. nos autem tunc de legibus bene
 quaeri putamus, cum ita, ut nos modo incepimus, quaeritur.
 & tuum equidem ingressum ad exponendas leges valde pro-
 bo. Quod enim a virtute fecisti principium, dicens, leges virtutis
 gratia conditas, recte quidem aggressus esse videris: quod
 autem ad particulam virtutis, & eam minimam, respexisse
 conditorem legum affirmasti, haud recte mihi visus es di-
 cere, atque idcirco longiore postea oratione usus sum. Quo-
 modo autem te nobis distinguere voluisssem, si vis, tibi dicam.
Cli. Volo equidem. *Athen.* Hunc in modum dicere oportebat,
 o hospes. Cretensum leges non temere omnibus, Graecis
 imprimis, probantur. recte enim positae sunt, cum utentes
 eis beatos efficiant. omnia enim bona his porrigunt. *Du-*
Plat. Oper. Vol. VIII. B

γὰρ τὰ ἀγαθὰ πορίζουσι. διπλᾶ δὲ ἀγαθὰ ἐσι τὰ μὲν, ἀν-
 θρώπινα τὰ δὲ, θεῖα. ἡρτῆται δ' ἐκ τῶν θεῶν θάτερα. καὶ
 ἐὰν μὲν δέχηται τις τὰ μείζονα πόλις, κτᾶται καὶ τὰ ἐλάτ-
 τ. **τ.** τωνα· εἰ δὲ μὴ, εἰσέρεται ἀμφοῖν. ἐσι δὲ τὰ μὲν ἐλάττονα, ὧν
 ἡγεῖται μὲν ὑγίεια κάλλος δὲ, δεύτερον τὸ δὲ τρίτον, ἰσχύς,
 εἰς τε δρόμον καὶ εἰς τὰς ἄλλας πάσας κινήσεις τῷ σώματι·
 τέταρτον δὲ δὴ, πλοῦτος, οὐ τυφλός, ἀλλ' ὄξυ βλέπων, ἄν
 περ ἄμ' ἐπιηται φρονήσει. ὃ δὴ πρῶτον αὖ τῶν θεῶν ἡγεμο-
 νοῦν ἐσιν ἀγαθόν, ἢ φρόνησις· δεύτερον δὲ μετὰ νοῦν, σώφρων
 ψυχῆς ἕξις. ἐκ δὲ τούτων μετ' ἀνδρείας κραθέντων, τρίτον
α. ἄν εἴη δικαιοσύνη τέταρτον δὲ, ἀνδρεία. ταῦτα δὲ πάντα
 ἐκείνων ἐμπροσθεν τέτακται φύσει καὶ δὴ καὶ τῷ νομοθέτῃ
 τακτέον οὕτω. μετὰ δὲ ταῦτα τὰς ἄλλας προστάξεις τοῖς πο-
 λίταις εἰς ταῦτα βλέπούσας αὐτοῖς εἶναι διακελευσέον. τού-
 των δὲ τὰ μὲν ἀνθρώπινα, εἰς τὰ θεῖα, τὰ δὲ θεῖα εἰς τὸν
 ἡγεμόνα νοῦν ξύμπαντα βλέπειν περὶ τε γάμους ἀλλήλοις
 ἐπικοινωνουμένου. μετὰ δὲ ταῦτα, ἐν ταῖς τῶν παιδῶν γεννή-
 σεσι καὶ τροφαῖς, ὅσοι τε ἄρῆνες καὶ ὅσαι θήλειαι, νέων τε

plicia vero bona sunt, alia humana, divina alia: dependent-
 que a divinis humana. si qua vero civitas maiora suscepit,
 minora quoque possidet: fin autem illis caret, utrisque priva-
 tur. Minorum primum est fanitas: forma secundum: tertium
 vires ad cursum ceterosque corporis motus: quartum divitiae,
 quae caecae non sunt, sed acute cernunt, si prudentiam se-
 quantur. Quae quidem prudentia divinorum bonorum dux
 primus existit. deinde post mentem temperatus animi habi-
 tus. ex his duobus, cum fortitudine mixtis, iustitia tertio emer-
 git. fortitudo quartum tenet locum. Quae omnia humanis
 illis natura praeponuntur. quare oportet, ut legum quoque la-
 tor & ipse hunc ordinem sequatur, & mandet omnibus, ut
 semper ad haec ipsa respicientes in singulis operentur. huma-
 na enim ad divina, divina vero ad mentem principem refe-
 renda. Curet praeterea oportet nuptias inter cives, & gene-
 rationes educationesque liberorum, masculorum pariter & fe-

ἔντων καὶ ἐπὶ τὸ πρεσβύτερον ἰόντων, μέχρι γήρως τιμῶντα ε.
 ὀρθῶς ἐπιμελεῖσθαι δεῖ, καὶ ἀτιμάζοντα ἐν πάσαις ταῖς τού-
 των ὀμιλίαις, τὰς τε λύπας αὐτῶν καὶ τὰς ἡδονὰς καὶ τὰς
 ἐπιθυμίας. ξυμπάντων τε ἐρώτων τὰς σπουδὰς ἐπεσκεμμένον ^{p.}
 καὶ παραπεφυλαχότα, ψέγειν τε ὀρθῶς καὶ ἐπαινεῖν δι' αὐ- ^{63^a}
 τῶν τῶν νόμων. ἐν ὀργαῖς τε αὖ καὶ ἐν φόβοις, ὅσαι τε διὰ
 δυστυχίαν ταραχαὶ ταῖς ψυχαῖς γίνονται, καὶ ὅσαι ἐν
 εὐτυχίαις τῶν τοιούτων ἀποφυγαί· ὅσα τε κατὰ νόσους ἢ
 κατὰ πολέμους ἢ πενίας, ἢ τὰ τούτοις ἐναντία γιγνόμενα,
 προσπίπτει ταῖς ἀνθρώποις καθήματα, ἐν πᾶσι τοῖς τοιούτοις
 τῆς ἐκάστων διαθέσεως διδακτέον καὶ ὀριζέον τό, τε καλὸν καὶ
 μὴ. μετὰ δὲ ταῦτα ἀνάγκη τὸν νομοθέτην τὰς κτήσεις τῶν ^{b.}
 πολιτῶν καὶ τὰ ἀναλώματα φυλάττειν ὄντινα ἂν γίγνηται
 τρόπον, καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους πᾶσι τούτοις κοινωνίας καὶ
 διαλύσεις, ἐκοῦσι τε καὶ ἄκουσι, καδ' ὁποῖον ἂν ἕκαστον πράτ-
 τωσι τῶν τοιούτων πρὸς ἀλλήλους, ἐπισκοπεῖν τό, τε δίκαιον
 καὶ μὴ, ἐν οἷς ἐσί τε καὶ ἐν οἷς ἐλλείπει· καὶ τοῖς μὲν εὐπει-
 θέσι τῶν νόμων τιμὰς ἀπονέμειν, τοῖς δὲ δυσπειθέσι δίκας

minarum, tam iuvenum, quam aetate provectorum: & eos,
 qui recte in hisce se gerunt, ut decet, honoret: contra vero
 dolores, voluptates, & cupiditates in omni conversatione vi-
 tuperet. considerabit etiam & observabit diligenter, ad quae
 studia quemque raptat amor: rectaque officia per leges lau-
 dabit, vituperabit contraria. docebit item atque definiet, quid
 in cuiusque affectu honestum sit, quid turpe, circa iram vi-
 delicet atque metum, & alias, quaecunque vel adversis in re-
 bus accidunt perturbationes, vel secundis delicias, atque circa
 omnes denique motus, qui ex morbo, bello, paupertate, vel
 horum contrariis homines vexant. Post haec necesse est, ut
 legislator quaestus impensasque civium diligenter observet, &
 quomodo fiant, agnoscat: societates praeterea & earum disso-
 lutiones, quas vel sponte, vel non sponte, faciant: quidquid
 horum inter se contraxerint, ubi iustitia adsit, ubi absit, anim-
 advertat: & parentibus quidem honores, non parentibus de-

- ε. τακτὰς ἐπιτιθέναι μέχρι περὶ ἂν πρὸς τέλος ἀπάσης πολιτείας
 ἐπεξεληθῶν, ἴδη τῶν τελευτησάντων τίνα δεῖ τρόπον ἐκόσμοις
 γίγνεσθαι τὰς ταφὰς, καὶ τιμὰς ἄστινας αὐτοῖς ἀπονέμειν
 δεῖ. κατιδὼν δὲ ὁ θεὸς τοὺς νόμους, ἅπασιν τούτοις Φυλακὰς
 ἐπισήσει, τοὺς μὲν, διὰ φρονήσεως, τοὺς δὲ, δι' ἀληθοῦς δό-
 ξης ἰόντας· ὅπως πάντα ταῦτα ξυνδῆσας ὁ νοῦς, ἐπόμενα
 σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη ἀποφῆγη, ἀλλὰ μὴ πλούτῳ μηδὲ
 φιλοτιμίᾳ. οὕτως, ὦ ξένοι, ἔγωγε ἤβελον ἂν ὑμᾶς, καὶ ἔτι
 δ. οὐν βούλομαι, διεξελεθεῖν, πῶς ἐν τοῖς τοῦ Διὸς λεγομένοις
 νόμοις, τοῖς τε τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος, οὗς Μίνως τε καὶ
 Λυκούργος ἐθέτην, ἕνεσί τε πάντα ταῦτα, καὶ ὅπη τάξι
 τινὰ εἰληφότα, διάδηλά ἐσι τῷ περὶ νόμων ἐμπείρῳ τέχνῃ,
 εἴτε καὶ τισὶν ἔθεσι, τοῖς δὲ ἄλλοις ἡμῖν οὐδαμῶς ἐσι κατα-
 φανῇ. ΚΛΕΙ. Πῶς οὖν, ὦ ξένε, λέγειν χρὴ τὰ μετὰ ταῦτα;
 ΛΟΗΝ. Ἐξ ἀρχῆς πάλιν ἔμοιγε δοκεῖ χρῆναι διεξελεθεῖν,
 ε. καθάπερ ἠρξάμεθα, τὰ τῆς ἀνδρείας πρῶτον ἐπιτηδεύματα·
 ἔπειτα ἕτερον καὶ αὐτίς ἕτερον εἶδος τῆς ἀρετῆς διέξιμεν, εἰάν

bitas poenas constituat. Demum omnibus ad finem usque rei-
 publicae pertractis, animadvertat statuaturque necesse est, quo-
 modo monumenta mortuis exstrui, quive defunctis singulis
 honores impendi debeant. His denique declaratis, legislator
 omnibus istis custodes praeficiet, alios prudentia, alios vera
 opinione rem administrantes : ut mens in unum haec omnia
 colligens eo deducat, ut temperantiam & iustitiam potius, quam
 divitias ambitionemve sequatur. Ita equidem, hospites, voluif-
 sem, atque etiam volo, a vobis exponi, quo pacto in legibus
 Iovis, & Apollinis Pythii, quas Minos & Lycurgus scripse-
 runt, insint haec omnia, & quonam ordine posita pateant illi,
 qui artificio, vel usu quodam, legum peritiam habet; nobis
 vero aliis nullo modo pateant. *Cli.* Quo pacto igitur, hospes,
 quae sequuntur, tractanda sunt? *Athen.* Ab initio rursus, ut
 supra coepimus, tractanda imprimis ea mihi videntur, quae ad
 fortitudinem pertinent: deinde aliam atque aliam virtutis spe-
 ciem transigemus, si vobis etiam ita placet. ac primum iam

βούλησθε. ὅπως δ' ἂν τὸ πρῶτον διεξέλθωμεν, πειρασόμεθα αὐτὸ παράδειγμα θεόμενοι, καὶ τὰλλα οὕτω διαμυθολογούντες, παραμύθια ποιήσασθαι τῆς ὁδοῦ· ὑπερον δὲ, ἀρετῆς πάσης· καὶ ἅ γε νῦν δὴ ἀήλωμεν, ἐκείσε βλέποντα ἀποφανοῦμεν, ἂν θεὸς ἐθέλῃ. ΚΛ. Καλῶς λέγεις. καὶ πειρῶ πρῶτον κρι-
 νειν τὸν τοῦ Διὸς ἐπαινέτην τόνδε ἡμῖν. ΑΘΗΝ. Πειράσομαι p.
633
a.
 καὶ σέ τε καὶ ἑμαυτόν. καινὸς γὰρ ὁ λόγος. λέγετε οὔν. τὰ ξυσσίτια φασὲν καὶ τὰ γυμνάσια πρὸς τὸν πόλεμον ἐξευρῆσθαι τῷ νομοθέτῃ; ΚΛΕΙ. Ναί. ΑΘΗΝ. Καὶ τρίτον, ἢ τέταρτον; ἴσως γὰρ ἂν οὕτω χρεῖη διακριθῆσθαι καὶ περὶ τῶν τῆς ἄλλης ἀρετῆς εἴτε μερῶν, εἴτε ἅτ' ἂν αὐτὰ καλεῖν χρεῶν ἔσι, δηλοῦντα μόνον ὃ λέγει. ΜΕΓ. Τρίτον τοίνυν ἔγωγε εἶποιμ' ἂν καὶ Λακεδαιμονίων δοτισοῦν τὴν θήραν b2
 εὔρε. τέταρτον δὲ ἢ πέμπτον, εἰ δυναίμεθα, λέγειν πειρώμεθα. ἔτι τοίνυν καὶ τὸ τέταρτον ἔγωγε πειρώμεν ἂν λέγειν, τὸ περὶ τὰς καρτερήσεις τῶν ἀλγηδόνων, πολὺ παρ' ἡμῖν γινόμενον, ἔν τε ταῖς πρὸς ἀλλήλους ταῖς χερσὶ μάχαις, καὶ ἐν

pertractemus; ad eiusque exemplar cetera, ut confabulationem nobis itineris afferat. postremo, cum de universa virtute tractaverimus, ea, quae modo tenuimus, illuc respicere, si Deus voluerit, ostendemus. *Cli.* Recte dicis: conareque primo nobis Iovis hunc laudatorem excutere. *Athen.* Conabor & te simul, & me ipsum. ad utrumque enim pertinet, & me, & te, haec oratio. Dicite igitur: Num convivia ea, quae in commune fiunt, & gymnasia, ad bellum a legumlatore inventa fuisse dicimus? *Cli.* Utique. *Athen.* An tertium, vel quartum, ad idem inventum fuisse dicendum? forte enim ita dinumerare oportet, tum in hoc virtutis genere, tum in ceterarum virtutum sive parte, sive quomodocunque aliter declarationis dumtaxat gratia nominare deceat. *Meg.* Tertium vero ipse dicerem, nec Lacedaemoniorum quisquam negaret, venationem excogitatam fuisse. quartum autem & quintum invenire conemur. Quartum itaque pono apud meos praecipuum, scilicet doloris tolerantiam: quae res pugnis in-

- άρπαγαῖς τισι διὰ πολλῶν πληγῶν ἐκάστοτε γιγνομένων. ἔτι δὲ καὶ κρύπτειά τις ὀνομάζεται, θαυμασῶς πολύπονος πρὸς
- ε. τὰς καρτερήσεις· χειμῶνων τε ἀνυποδησῖαι καὶ ἀσρωσῖαι καὶ ὄνευ θερὰπόντων αὐτοῖς ἑαυτῶν διακονήσεις, νύκτωρ τε πλανωμένων διὰ πάσης τῆς χώρας καὶ μεθ' ἡμέραν. ἔτι δὲ καὶ τὰς γυμνοπαιδαῖς δεῖναι καρτερήσεις παρ' ἡμῖν γίνονται, τῇ τοῦ πνίγους ῥώμῃ διαμαχομένων, καὶ πάμπολλα ἕτερα, σχεδὸν ὅσα οὐκ ἂν παύσαιτό τις ἐκάστοτε διεξιῶν.
- ΚΛΕΙ. Εὖγε, ὦ Λακεδαιμόνιε ξένε, λέγεις. τὴν ἀνδρείαν δὲ, φέρε, τιθῶμεν πότερον ἀπλῶς οὕτως εἶναι πρὸς φόβους καὶ
- δ. λύπας διαμάχην μόνον; ἢ καὶ πρὸς πόθους τε καὶ ἡδονάς, καὶ τινὰς δεινὰς θωπείας κολακικὰς; αἶ καὶ τῶν σεμνῶν οἰομένων εἶναι τοὺς θυμοὺς μαλάττουςαι, κηρίους ποιούσι πρὸς ταῦτα ξύμπαντα; ΜΕΓ. Οἶμαι μὲν οὕτω πρὸς ταῦτα ξύμπαντα. ΑΘΗ. Εἰ γοῦν μεμνήμεθα τοὺς ἔμπροσθεν λόγους, ἦπτω τινὰ ὅδε καὶ πόλιν ἔλεγεν αὐτὴν αὐτῆς καὶ ἀνδρα. ἦ γὰρ, ὦ ξένε Κνώσσιε; ΚΛΕΙ. Καὶ πάνυ γε. ΑΘΗ. Νῦν
- ε. οὐν πότερα λέγομεν τὸν τῶν λοιπῶν ἦπτω, κακὸν, ἢ καὶ τὸν

ter se, ac rapinis quibusdam, multis cum vulneribus quotidie adhibetur. Ad haec occultatio quaedam mirabilis, & ad tolerantiam valida, nudis in hieme pedibus, nudo etiam saepe reliquo corpore, sine ministris die nocteque per omnem regionem errantium enarratur. Praeterea in nudorum exercitationibus adolescentum mirabilis apud nos tolerantia, cum intensi caloris vi resistendum sit: & multa huiusmodi alia, quae non facile quisquam enumeraret. *Cli.* Probe loqueris, hospes Lacedaemonie. sed utrum ad timores solum atque dolores fortitudini pugna est dumtaxat? an etiam ad cupiditates voluptatesque, ac vehementes quasdam blanditias, quae eorum etiam, qui honesti videntur, animos flectunt, & quasi cereos faciunt? *Meg.* Adversus haec omnia. *Athen.* Si supra dictorum meminimus, hic civitatem aliquam se ipsa inferiorem, & virum aliquem inferiorem se ipso esse dicebat. itane, hospes Gnosie? *Cli.* Ita profus. *Athen.* Utrum igitur eum, qui dolore frangitur,

τῶν ἡδονῶν μᾶλλον; ΚΛΕΙ. Ἐμοιγε δοκεῖ, τὸν τῶν ἡδονῶν
 καὶ πάντες που μᾶλλον λέγομεν τὸν ὑπὸ τῶν ἡδονῶν κρατού-
 μενον, τοῦτον τὸν ἐπονειδίσως ἤττονα ἑαυτοῦ, πρότερον ἢ τὸν
 ὑπὸ τῶν λυπῶν. ΑΘΗ. Ὁ Διὸς οὔν δὴ καὶ ὁ Πυθικὸς νομο-
 θέτης οὐ δὴ που χωλὴν τὴν ἀνδρείαν νενομοθετήκατον, πρὸς ^{P.}
 tu praecipis, nusquam, nisi apud nos & Lacedaemonios, fiunt.
 nova enim semper & in saltationibus, & in alia musica, ex-

- περί τε τὰς ὀρχήσεις καὶ περί τὴν ἄλλην μουσικὴν ξύμ-
 πασαν, οὐχ ὑπὸ νόμων μεταβαλλόμενα, ἀλλ' ὑπὸ τινῶν
 ἀτάκτων ἡδονῶν, πολλοῦ δεουσῶν τῶν αὐτῶν εἶναι καὶ κατὰ
 c. ταυτὰ (ὡς σὺ κατ' Αἴγυπτον ἀφερμηνεύεις) ἀλλ' οὐδέποτε
 τῶν αὐτῶν. ΑΘ. Ἄριστά γε, ὦ Κλεινία. εἰ δ' ἔδοξά σοι ἃ σὺ
 λέγεις λέγειν ὡς νῦν γιγνόμενα, οὐκ ἂν θαυμάζοιμι εἰ μὴ
 σαφῶς λέγων ἃ διανοοῦμαι, τοῦτο ἐποίησα καὶ ἔπαθον. ἀλλ'
 ἃ βούλομαι γίγνεσθαι περὶ μουσικὴν, τοιαῦτ' ἅπαντα εἶπον
 ἴσως, ὥστε σοὶ δόξαι ταῦτα ἐμὲ λέγειν. λοιδορεῖν γὰρ πράγ-
 ματα ἀνίατα, καὶ πόρρω προβεβηκότα ἀμαρτίας, οὐδαμῶς
 d. ἡδὺ, ἀναγκαῖον δ' ἐνίστε ἐσίν. ἐπειδὴ δὲ ταῦτα ξυνοκεῖ καὶ
 σοι, Φέρε Φῆς παρ' ὑμῖν καὶ τοῖσδε μᾶλλον ἢ παρὰ τοῖς ἄλ-
 λοις Ἑλλησι γίγνεσθαι τὰ τοιαῦτα; ΚΛ. Τί μῆν; ΑΘ. Τί
 δ' εἰ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις γίγνοιθ' οὕτω, πότερον αὐτὰ καλ-
 λιόνως οὕτως εἶναι φαῖμεν ἂν, ἢ καθάπερ νῦν, γίγνεται γι-
 γνόμενα; ΚΛ. Πολύ που τὸ διαφέρον, εἰ καθάπερ παρὰ τε
 τοῖσδε καὶ παρ' ἡμῖν, καὶ ἔτι καθάπερ εἶπες σὺ νῦν δὴ δεῖν
 c. εἶναι, γίγνοιτο. ΑΘ. Φέρε δὴ ξυνομολογησώμεθα ταυῦν. ἄλ-

cogitant, non a legibus mutata, sed a voluptatibus quibusdam
 vagis: quae nullo pacto aut eadem sunt, aut eodem modo
 permanent; sed variae semper fiunt, contra mores illos Ae-
 gyptiorum, quos narraſti. *Athen.* Probe, o Clinia. Si autem
 visus sum tibi, quae modo dicis, quasi ubique nunc fiant, su-
 pra dixisse, non mirarer, si minus clare, quae sentio, exposue-
 rim. Dixi equidem, quae in musica fieri vellem: & ea tibi,
 quasi fiant, dicere visus sum. vituperare enim rem insanabi-
 lem, & errore longe provectam, nullo modo iucundum, in-
 terdum vero necessarium est. Verum postquam in his con-
 sentimus, nonne, quaeso, apud vos & apud istos haec magis,
 quam apud alios Graecos, fieri asseris? *Cli.* Cur non assera-
 mus? *Athen.* Si & apud ceteros similiter fierent, nonne me-
 lius, quam nunc, agerentur? *Cli.* Multo certe praestantius, si
 ita disposita essent, quemadmodum apud istos & apud nos,
 & ut paulo ante tu praecepisti. *Athen.* Age, videamus, num-

λοτι παρ' ὑμῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ καὶ μουσικῇ τὰ λεγόμενα
 ἐστὶ τάδε; τοὺς ποιητὰς ἀναγκάζετε λέγειν, ὡς ὁ μὲν ἀγαθὸς
 ἀνὴρ, σώφρων ὢν καὶ δίκαιος, εὐδαίμων ἐστὶ καὶ μακάριος·
 εἴαν τε μέγας καὶ ἰσχυρὸς, εἴαν τε μικρὸς καὶ ἀσθενὴς ἢ
 καὶ εἴαν πλουτῆ, καὶ μὴ. εἴαν δὲ ἄρα πλουτῆ μὲν Κινύρα τε
 καὶ Μίδα μάλλον, ἢ δὲ ἄδικος, ἄθλιός τ' ἐστὶ καὶ ἀνιαρὸς
 ζῆ. καὶ, Οὐτ' ἂν μνησαίμην (Φησὶν ὑμῶν ὁ ποιητὴς, εἴπερ
 ὀρθῶς λέγει) οὐτ' ἐν λόγῳ ἀνδρα τιθείμην, ὃς μὴ πάντα τὰ
 λεγόμενα καλὰ μετὰ δικαιοσύνης πράττει καὶ κτῶτο, καὶ δὴ
 καὶ δῆλων, τοιοῦτος ὢν, ὀρέγοιτο ἐγγύθεν ἰσάμενος· ἄδικος δὲ
 ὢν, μῆτε τολμῶ ὄρων Φόνον αἱματόεντα, μῆτε νικῶ δέων
 Θρηῆκιον βορέην, μῆτε ἄλλο αὐτῶ μηδὲν τῶν λεγομένων
 ἀγαθῶν γίγνοιτο ποτέ. τὰ γὰρ ὑπὸ τῶν πολλῶν λεγόμενα
 ἀγαθὰ, οὐκ ὀρθῶς λέγεται. λέγεται γὰρ ὡς ἄριστον μὲν,
 ὑγιαίνειν δεύτερον δὲ, κάλλος τρίτον δὲ, ἰσχὺς τέταρτον δὲ,
 πλοῦτος. μυρία δὲ ἄλλα ἀγαθὰ λέγεται. καὶ γὰρ δεῦ ὄραν
 καὶ ἀκούειν, καὶ πάντα ὅσα ἔχεται τῶν αἰσθήσεων, εὐαι- b:

P.
66x
a.

quid haec sint, quae apud vos in omni disciplina & musica
 praedicantur. Poëtas carminibus dicere cogitis, bonum virum,
 quia temperatus iustusque fit, felicem esse atque beatum, sive
 magnus atque robustus, sive parvus ac debilis, sive pauper fit,
 seu dives: iniustum autem hominem, etiamsi ditior fit, quam
 Cinyras aut Midas, miserum esse, & in moerore vitam duce-
 re. Itaque poëta nobis, si recte loquatur, inquiet: Nunquam
 ego de illo mentionem faciam, neque virum appellabo, qui non
 omnia, quae bona dicuntur, cum iustitia possideat atque dispo-
 nat. Is igitur iustitia exornatus, cominus pugnare cum hosti-
 bus delectetur. iniustus autem sanguinolentam caedem videre
 non audeat, neque currendo Thracium queat Boream supera-
 re: nec ei quidquam eorum, quae bona dicuntur, unquam af-
 fuerit. quae enim vulgo appellantur bona, non recte bona di-
 cuntur. Aiunt nempe optimum esse sanitatem: ei proximum bo-
 num formam: vires tertium: quartam vero divitias. innumera-
 bilia ferme cetera huiusmodi bona narrantur. nam & acute cer-

- σδήτως ἔχειν· ἔτι δὲ καὶ τὸ ποιεῖν τυραννοῦντα ὃ, τι ἂν ἐπι-
 θυμῆ. καὶ τὸ δὴ τέλος ἀπάσης μακαριότητος εἶναι, τὸ, πάν-
 τα ταῦτα κεκτημένον, ἀθάνατον εἶναι γενόμενον ὅτι τάχι-
 σα. ὑμεῖς δὲ καὶ ἐγὼ που τάδε λέγομεν, ὡς ταῦτά ἐσι ξύμ-
 παντα, δικαίοις μὲν καὶ ὀσίοις ἀνδράσιν ἄρισα κτήματα, ἀδί-
 κοῖς δὲ, κακίστα ξύμπαντα, ἀρξάμενα ἀπὸ τῆς υἰγείας. καὶ δὴ
 καὶ τὸ ὄρᾶν καὶ τὸ ἀκούειν, καὶ αἰσθάνεσθαι, καὶ τοπαράπαν
- c. ζῆν, μέγιστον μὲν κακὸν, τὸν ξύμπαντα χρόνον ἀθάνατον
 ὄντα καὶ κεκτημένον πάντα τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ, πλὴν δι-
 καιουσύνης τε καὶ ἀρετῆς ἀπάσης· ἔλαττον δὲ, ἂν ὡς ὀλίγιστον
 ὁ τοιοῦτος χρόνον ἐπιζῶη. ταῦτα δὴ λέγειν οἶμαι τοὺς παρ'
 ὑμῖν ποιητάς, ἅπερ ἐγὼ, πείσετε καὶ ἀναγκάσετε· καὶ ἔτι
 τούτοις ἐπομένους ῥυθμούς τε καὶ ἀρμονίας ἀποδιδόντας, παι-
 δευειν οὕτω τοὺς νέους ὑμῶν. ἢ γὰρ ὄρατε; ἐγὼ μὲν γὰρ λέ-
 γω σαφῶς, τὰ μὲν κακὰ λεγόμενα, ἀγαθὰ τοῖς ἀδίκοις
 εἶναι τοῖς δὲ δικαίοις, κακὰ. τὰ δ' ἀγαθὰ, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς,
 ὄντως ἀγαθὰ· τοῖς δὲ κακοῖς, κακὰ. ὅπερ οὖν ἠρόμην, ἄρα

nere atque audire, aliisque sensibus integre uti, bona videntur,
 & ad haec omnia posse tyrannica licentia facere, quaecunque
 cupias. summamque totius beatitudinis esse ferunt, si cum isto-
 rum omnium possessione immortalis statim evadas. Ego autem
 ac vos una convenimus, iustis sanctisque viris optimam esse isto-
 rum omnium possessionem: iniustis autem omnium pessimam,
 a sanitate initio sumto. sanum namque esse, & videre, atque
 audire, ac omnia facile sentire, & omnino vivere vel immor-
 talem, pessimum est, si cum horum omnium possessione sem-
 per vixeris expers iustitiae ceterarumque virtutum. minus
 autem malum, si quam brevissimo tempore sic affectus vitam
 finieris. Haec utique & ipsi vestros hortabimini, & cogetis
 poëtas dicere: perque his consentaneos numeros & concen-
 tus adolescentiam erudire. Num ipsi hoc animadvertitis? Ego
 enim assero, quae vulgo mala dicuntur, iniustis bona esse, iu-
 stis autem mala: quae vero dicuntur bona, bonis quidem
 vere bona, malis autem mala. Convenimusne igitur adhuc in

ξυμφανούμεν ἐγώ τε καὶ ὑμεῖς; ἢ πῶς; ΚΛ. Τὰ μὲν, ἔμοι-
 γε Οκινόμεθά πως, τὰ δ', οὐδαμῶς. ΑΘ. Ἄρ' οὖν ὑγίειάν τε
 κερκτημένον, καὶ πλοῦτον καὶ τυραννίδα διὰ τέλους, καὶ ἔτι
 προστιθῆμι ὑμῖν ἰσχύϊ διαφέρουσαν καὶ ἀνδρείαν μετ' ἀθανα-
 σίας, καὶ μηδὲν ἄλλο αὐτῶ τῶν λεγομένων κακῶν ἐγγιγνόμε-
 νον, ἀδικίαν δὲ καὶ ὕβριν ἔχοντα ἐν αὐτῶ μόνον τὸν οὕτω
 ζῶντα, ἴσως ὑμᾶς οὐ πείθω μὴ οὐκ ἄρα εὐδαίμονα ἀλλ'
 ἄβλιον γιγνεσθαι σαφῶς; ΚΛ. Ἀληθέστατα λέγεις. ΑΘ.
 Ἐξεν. τι οὖν τὸ μετὰ τοῦτ' εἰπεῖν ἡμᾶς χρεόν; ἀνδρείος γὰρ
 δὴ καὶ ἰσχυρὸς καὶ καλὸς καὶ πλούσιος, καὶ ποιῶν ὅ, τιπερ
 ἐπιθυμοῖ τὸν βίον ἅπαντα, οὐχ ὑμῖν δοκεῖ, εἴπερ ἀδικος εἴη
 καὶ ὕβριστής, ἐξ ἀνάγκης αἰσχυρῶς ἂν ζῆν; ἢ τοῦτο μὲν ἴσως
 ἂν συ χερήσαιτε, τό γε αἰσχυρῶς; ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΑΘ.
 Τί δέ; τὸ καὶ κακῶς; ΚΛ. Οὐκ ἂν ἔτι τοῦθ' ἔμοιως. ΑΘ.
 Τί δέ; τὸ καὶ ἀγῶς καὶ μὴ ξυμφορόντως αὐτῶ. ΚΛ. Καὶ
 πῶς ἂν ταῦτά γ' ἔτι ξυγχωροῖμεν; ΑΘ. Ὅπως; εἰ θεὸς
 ἡμῖν, ὡς ἔοικεν, ᾧ Οἴλοι, δοίη τις συμφωνίαν ὡς νῦν γε
 σχεδὸν ἀπέδομεν ἀπ' ἀλλήλων. ἐμοὶ γὰρ οὐ φαίνεται ταῦτα

p.
 062
 a.

b.

eo, quod quaerebatur, an non? *Cli.* Partim quidem consentire videmur, partim minime. *Athen.* Forte vobis non persuadeo, non esse beatum illum, sed miserum, qui iniustus & contumeliosus est, etiam si sanitatem habeat, & divitias, perpetuamque tyrannidem, invictas praeterea corporis vires, & animositatem, immortalitatemque possideat, nihilque ex his perpetiatur, quae vulgo mala dicuntur. *Cli.* Vera loqueris. *Athen.* Esto. sed quid deinde dicendum? & si viribus pollet, formosusque est & dives, cunctaque per omnem vitam facit, quae concupiscit, nonne vobis videtur, si iniustus contumeliosusque sit, ex hoc dumtaxat necessario turpiter vivere? an turpiter quidem conceditis? *Cli.* Prorsus. *Athen.* Quid autem, nonne & male? *Cli.* Haud similiter istud. *Athen.* Iniucunde vero atque incommode, non conceditis ei? *Cli.* Quo pacto haec concedemus? *Athen.* Quomodo? si Deus quispiam, o amici, consensum nobis, ut videtur, animi tribuat: ut nunc

- οὕτως ἀναγκαῖα, ὡς οὐδὲ, ὦ Φίλε Κλεινία, Κρήτη νῆσος σαφῶς. καὶ νομοθέτης ἄν, ταύτη πειράμην ἄν τοὺς τε ποιητάς ἀναγκάζειν Φθέγγεσθαι καὶ πάντας τοὺς ἐν τῇ πόλει. ζημίαν τε ὀλίγου μεγίστην ἐπιτιθείην ἄν, εἴτις ἐν τῇ χώρᾳ Φθέγγαιτο ὡς εἰσὶ τινες ἄνθρωποι ποτὲ πονηροὶ μὲν, ἡδέως
- c. δὲ ζῶντες ἢ λυσιτελοῦντα μὲν ἄλλα ἐστὶ καὶ κερδαλέα, δικαιοτέρα δὲ ἄλλα. καὶ πολλὰ ἄττ' ἄν παρὰ τὰ νῦν λεγόμενα ὑπὸ τε Κρητῶν καὶ Λακεδαιμονίων, ὡς ἔοικε, καὶ δὴ που καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, διάφορα, πείθοιμ' ἄν τοὺς πολίτας μοι Φθέγγεσθαι. Φέρε γάρ, πρὸς Διὸς τε καὶ Ἀπόλλωνος, ὦ ἀρίστοι τῶν ἀνδρῶν, εἰ τοὺς νομοθετήσαντας ὑμῶν αὐτοὺς τούτους ἐροίμεθα θεοὺς, ἄρα ὁ δικαιοτάτος βίος ἐστὶν
- d. ἡδιστος, ἢ δύο ἐσὸν τιε βίῳ, οἷν ὁ μὲν, ἡδιστος ἄν τυγχάνει, δικαιοτάτος δ' ἕτερος· εἰ δὴ δύο φαίην, ἐροίμεθ' ἄν ἴσως αὐτοὺς πάλιν (εἴπερ ὀρθῶς ἐπανερωτῶμεν) ποτέρους δ' εὐδαιμονεσέρους χρὴ λέγειν, τοὺς τὸν δικαιοτάτον ἢ τοὺς τὸν ἡδιστον διαβιοῦντας βίον. εἰ μὲν δὴ φαίην τοὺς τὸν ἡδιστον, ἄτοπος

quidem inter nos dissentimus. Mihi enim ista magis necessaria videntur esse, o amice Clinia, quam Cretam esse insulam. ac si Cretensibus ipse leges conderem, tam poëtas, quam ceteros omnes cives, sic loqui compellerem: ac poenam paenè omnium maximam intentarem, si quis ea in regione assereret esse aliquos quandoque homines pravos, qui iucundè vivant; vel alia esse utilia & conducibilia, alia iustiora. multaque quidem contra ea, quae nunc a Cretensibus & Lacedaemoniis dici videntur, immo vero a ceteris quoque hominibus, dicere civibus meis persuaderem. Agite igitur per Iovem atque Apollinem, optimi viri, si hos ipsos Deos, qui leges nobis dederunt, interrogemus, sitne iucundissima vita iustissima; an duae quaedam vitae sint, altera iucundissima, iustissima altera: nobisque ita quaerentibus ipsi duas esse respondeant: ab eis forsan iterum percontabimur, si recte sciscitari voluerimus, utros beatiores oporteat dicere, iustissime an iucundissime viventes: ac si iucundissime viventes responderint, turpis erit responsio. Vellem autem,

αὐτῶν ὁ λόγος ἂν γίγνοιτο. βεβύλομαι δέ μοι μὴ ἐπὶ θεῶν
 λέγεσθαι τὸ τοιοῦτον, ἀλλ' ἐπὶ πατέρων καὶ νομοθετῶν μᾶλ-
 λον. καὶ μοι τὰ ἔμπροσθεν ἠρωτημένα, πατέρα τε καὶ νομο- c.
 θέτην ἠρωτήσω. ὁ δ' εἰπάτω, ὡς ὁ ζῶν τὸν ἡδίστον βίον, ἔσι
 μακαριώτατος. εἶτα μετὰ ταῦτα ἔγωγ' ἂν Οἰαην, ὦ πάτερ,
 οὐχ ὡς εὐδαιμονέστατα με ἐβούλευ ζῆν; ἀλλ' αἰεὶ διακελευό-
 μενος οὐδὲν ἐπαυου ζῆν με ὡς δικαιοτάτα. ταύτη μὲν οὖν ὁ
 τιθέμενος, εἴτε νομοθέτης, εἴτε καὶ πατήρ, ἄτοπος ἂν, οἶμαι,
 καὶ ἄτορος Οἰαίνοιο τοῦ ξυμφωνούντως ἑαυτῷ λέγειν. εἰ δ'
 αὖ τὸν δικαιοτάτον εὐδαιμονέστατον ἀποφαίνοιτο βίον εἶναι,
 ζητοῖ που πᾶς ἂν ὁ ἀκούων, οἶμαι, τί ποτ' ἐν αὐτῷ τὸ τῆς
 ἡδονῆς κρεῖττον ἀγαθὸν τε καὶ καλὸν ὁ νόμος ἐνδὸν ἐπαινεῖ. p.
 τί γὰρ δὴ δικαίῳ χωριζόμενον ἡδονῆς ἀγαθὸν ἂν γίγνοιτο; 663
 φέρε, κλέος τε καὶ ἐπαινος πρὸς ἀνθρώπων τε καὶ θεῶν, ἄρ'
 ἔστιν ἀγαθὸν μὲν καὶ καλὸν, ἀηδὲς δέ; δύσκλεια δέ, τάναν-
 τια; ἡκισα, ὦ φίλε νομοθέτα, φήσομεν. ἀλλὰ τὸ μήτε τινα
 ἀδικεῖν, μήτε ὑπὸ τινος ἀδικεῖσθαι, μῶν ἀηδὲς μὲν, ἀγαθὸν
 δὲ ἢ καλὸν; τὰ δ' ἕτερα, ἡδέα μὲν, αἰσχρὰ δὲ καὶ κακά;

de patribus legumque latoribus viris potius, quam Diis, tale ali-
 quid esse dictum. quare, quae petii, a patre legisque latore me
 petiisse existimetis: responsumque mihi esse, beatissimum esse
 illum, qui iucundissime vivat. Ego autem ita deinde opponam:
 O pater, nonne quam beatissime volebas me vivere? Certe. At
 nunquam cessabas iubere, ut quam iustissime viverem. Quis-
 quis autem haec una concedit, sive legumlator, sive pater, &
 absurde loquitur, & sibi ipsi non constat. Quod si iustissimam
 vitam, beatissimam esse respondeat, quaeret, ut arbitror, qui-
 cunque id audiet, Quidnam ea in vita bonum & pulchrum,
 tanquam voluptate melius, lex ipsa laudat? quid enim a volu-
 ptate superato iusto boni adesse potest? Dic, obsecro, an laus
 & gloria tam apud homines, quam apud Deos, bonum quidem
 est atque honestum, iniucundum autem? infamia vero contra?
 Minime dicemus, o legislator. Sed iniuriam neque inferre, ne-
 que pati, num iucundum quidem sit, bonum vero atque hone-

- ΚΛ. Καὶ πῶς; ΑΘ. Οὐκοῦν, ὃ μὲν μὴ χωρίζων λόγος ἢ δὴ
 b. τε καὶ δίκαιον, καὶ ἀγαθόν τε καὶ καλόν, πιθανός γ', εἰ μὴ
 δὲν ἕτερον, πρὸς τὸ τιναῖ ἐθέλειν ζῆν τὸν ὅσιον καὶ δίκαιον
 βίον. ὥστε νομοθέτῃ γε αἴσχιος λόγων καὶ ἐναντιώτατος,
 ὃς ἂν μὴ Φῆ ταῦτα οὕτως ἔχειν. οὐδεὶς γὰρ ἂν ἐκὼν ἐθέλοι
 πειδεσθαι πράττειν τοῦτο ὄτῳ μὴ τὸ χαίρειν τοῦ λυπεῖσθαι
 πλέον ἔπεται. σκοτοδιναῖν δὲ, τὸ πόρρωθεν δρώμενον, πᾶσι
 τε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, καὶ δὴ καὶ τοῖς παισὶ, παρέχει. νομοθέτης
 δ' ἡμῖν δόξαν εἰς τὸναντίον τούτου καταστήσει, τὸ σκότος
 c. ἀφελόν, καὶ πείσει ἀμωσγέπως ἔθεσι καὶ ἐπαίνοις καὶ λό-
 γοις, ὡς ἐσκιαγραφημένα τὰ δίκαιά ἐσι καὶ ἄδικα καὶ τὰ
 μὲν ἄδικα, τῷ τοῦ δικαίου ἐναντίως φαινόμενα, ἐκ μὲν ἀδί-
 κου καὶ κακοῦ ἑαυτοῦ θεωρούμενα, ἡδέα τὰ δὲ δίκαια, ἀηδέ-
 σατα. ἐκ δὲ δικαίου πάντα τὰναντία παντι πρὸς ἀμφοτέρα.
 ΚΛ. Φαίνεται. ΑΘ. Τὴν δ' ἀλήθειαν τῆς κρίσεως ποτέραν
 κυριωτέραν εἶναι φῶμεν; πότερα τὴν τῆς χειρόνος ψυχῆς, ἢ
 d. τὴν τῆς βελτίονος; ΚΛ. Ἀναγκαῖόν που τὴν τῆς ἀμείνονος.

sum: cetera autem iucunda quidem, turpia vero & mala? *Cli.*
 Quo pacto id ais? *Athen.* Ratio igitur, quae neque iucundum a
 iusto, neque bonum separat ab honesto, probabilis est: & si
 non ad aliud, attamen ad hoc, ut sancte ac iuste quis vivere
 velit, multum conducit. quocirca legislatori turpissima, & ad-
 modum contraria oratio est, si haec ita habere se neget. Nemo
 enim sponte id ager, cui non plus laetitiae, quam doloris, inest.
 quod vero procul aspicitur, omnibus, ut ita dicam, vel ipsis
 pueris, caliginosam affert vertiginem. Quare, vertigine tene-
 brisque ablatis, in contrarium legislator opiniones civium du-
 cet, & tum laudibus, tum consuetudine, tum rationibus, quo-
 dammodo ipsis persuadebit, tam iusta, quam iniusta, esse obum-
 brata; atque iniusta quidem contra apparere, quam iusta. nem-
 pe iniusto ac pravo iucunda videri, cui iusta videntur iniucun-
 diffima. iusto autem utraque contra omnino videri. *Cli.* Sic ap-
 paret. *Athen.* Revera autem utram sententiam potiore existi-
 mabimus? meliorisne, an deterioris animi? *Cli.* Melioris ne-

ΑΘ. Ἀναγκαῖον ἄρα τὸν ἄδικον βίον, οὐ μόνον αἰσχρῶ καὶ μοχθηρότερον, ἀλλὰ καὶ ἀηδέστερον τῇ ἀληθείᾳ τοῦ δικαίου τε εἶναι καὶ ὁσίου βίου. ΚΛ. Κινδυνεύει, κατὰ γε τὸν νῦν λόγον, ὧ φίλε. ΑΘ. Νομοθέτης δὲ οὐ τι καὶ σμικρὸν ὄφελος, εἰ καὶ μὴ τοῦτο ἦν οὕτως ἔχον, ὡς καὶ νῦν αὐτὸ ἤρηχ' ὁ λόγος ἔχειν, εἴπερ τι καὶ ἄλλο ἐτόλμησεν ἂν ἐπ' ἀγαθῶ ψεύδεσθαι πρὸς τοὺς νέους, ἔστιν ὃ, τι τούτου ψεῦδος λυσιτελέστερον ἂν ἐψεύσατό ποτὲ, καὶ δυνάμενον μᾶλλον ποιεῖν μὴ βία **ε.** ἀλλ' ἐκόντας πάντα τὰ δίκαια; ΚΛ. Καλὸν μὲν ἢ ἀλήθεια, ὧ ξέγε, καὶ μόνιμον ἔοικε μὴν οὐ βῆδιον εἶναι πείθειν. ΑΘ. Εἶεν. τὸ μὲν τοῦ Σιδωνίου μυθολόγημα βῆδιον ἐγένετο πείθειν, οὕτως ἀπίθανον ὄν, καὶ ἄλλα μυρία. ΚΛ. Ποῖα; ΑΘ. Τὸ, σπαρέντων ποτὲ ὀδόντων ὀπλίτας ἐξ αὐτῶν φῦναι. καίτοι μέγα γ' ἐστὶ νομοθέτη παράδειγμα τοῦ πείθειν ὃ, τι ἂν ἐπιχειρῆ τις πείθειν τὰς τῶν νέων ψυχὰς. ὥστε οὐδὲν ἄλλο αὐτὸν δεῖ σκόποῦντα ἀνευρίσκειν, ἢ τί πείσας, μέγιστον

p.
664
a.

cessario. *Athen.* Necessse est igitur, iniustam vitam non turpiorem solum ac peiorem iusta sanctaque vita esse, verum etiam iniucundioiorem. *Cli.* Ita certe ex hac ratione, o amice, videtur. *Athen.* Legis itaque lator, ex quo exigua fit provenitura utilitas, etiamsi non ita id se haberet, ut modo diximus, non alienum tamen sua gravitate putaret, ad iuventutis utilitatem falso aliquid, si modo quid unquam aliud falso dicendum sit, dicere: maxime cum nullum mendacium hac falsitate utilius excogitare possit, quod videlicet ita trahere audientes valeat, ut non vi, sed sponte, iustitiam velint suscipere. *Cli.* Pulchrum certe, o hospes, & stabile quiddam est veritas. videtur autem plerumque non facile persuadere. *Athen.* Esto. at enim Sidonii fabula illa, etsi nihil verisimilitudinis habuit, facile nihilominus persuasit, aliaque permultae similiter. *Cli.* Quanam? *Athen.* Quod a dentibus quondam fati armati milites nati sint. Magnum enim id legislatori exemplum est, posse animis iuvenum, quodcunque velit, persuadere. Quapropter nihil aliud scrutari debet, quam quibus rebus per-

Plat. Oper. Vol. VIII. **F**

- ἀγαθὸν ἐργάζοιτο ἂν πόλιν· τούτου δὲ περὶ πᾶσαν μηχανὴν εὐρίσκειν, ὅτινα ποτὲ τρόπον ἢ τοιαύτη ξυνοικία πᾶσα περὶ τουτων ἐν και ταυτὸν ὅτι μάλιξα Φδέγγοιτ' αἰεὶ διὰ βίου παντός, ἐν τε ᾠδαῖς και μύθοις και λόγοις. εἰ δ' οὖν ἄλλη πη δοκεῖ ἢ ταυτη, πρὸς ταῦτα οὐδεὶς Φθόνος ἀμφισβητῆσαι τῷ
- b. λόγῳ. ΚΛ. Ἄλλ' οὐ μοι φαίνεται πρὸς γε ταῦτα δύνασθαι ἡμῶν ἀμφισβητῆσαι ποτ' ἂν οὐδέτερος. ΑΘ. Τὸ μετὰ τοῦτο τοιουν ἐμὸν ἂν εἶη λέγειν. Φημὶ γὰρ ἅπαντας δεῖν ἐπάδειν τρεῖς ὄντας τοὺς χοροὺς ἔτι νέαις οὔσαις ταῖς ψυχαῖς και ἀπαλαιῖς τῶν παιδων, τά τε ἄλλα καλὰ λέγοντας πάντα ὅσα διεληλυθαμέν τε και ἔτι διέλθοιμεν ἂν. τὸ δὲ κεφάλαιον αὐτῶν τοῦτο ἔσω τὸν αὐτῶν ἡδισόν τε και ἄριστον ὑπὸ θεῶν βίου
- c. λέγεσθαι Φάσκοντες, ἀληθέστατα ἐροῦμεν ἅμα, και μᾶλλον πείσομεν οὐς δεῖ πειθεῖν, ἢ ἔαν ἄλλως πως Φδεγγώμεθα λέγοντες. ΚΛ. Συγχωρητέον ἂ λέγεις. ΑΘ. Πρῶτον μὲν τοιουν ὁ Μουσῶν χορὸς ὁ παιδικὸς ὀρθότατ' ἂν εἰσὶοι πρῶτος τὰ τοιαῦτα εἰς τὸ μέσον ἀσύμενος ἀπάσῃ σπουδῇ και ὄλῃ τῇ πόλει. δεύτερος δὲ, ὁ μέχρι τριάκοντα ἐτῶν, τόν τε Παιᾶνα

suasione acceptis maximum bonum conferat civitati: ad idque omni incumbere studio, ut civitas universa de his rebus unum atque idem quam maxime ac semper in cantibus, fabulis, & omni sermone decantet. Equidem ita sentio. si vero videtur vobis aliter, nulla invidia fit contradicere. *Cli.* Neuter nostrum posse unquam de his dubitare videtur. *Athen.* Prosequar igitur, asserens, choros omnes, qui tres sunt, teneris adhuc & mollibus puerorum animis, & alia bona, quae diximus, & quaecunque narrare possumus, quasi incantatione quadam insinuare oportere. caput autem illud fit, quod videlicet, si vitam eandem optimam & iucundissimam iudicari a Diis asseveremus, & vera loquemur, & magis illis, quibus opus est, persuadebimus, quam si aliter diceremus. *Cli.* Concedenda sunt, quae dicis. *Athen.* Primus itaque puerilis Musarum chorus, haec studiose toti civitati decantaturus, ingrediatur. Secundus illorum chorus, qui ad triginta usque annos profecti

ἐπικαλούμενος μάρτυρα τῶν λεγομένων ἀληθείαις πέρι, καὶ τοῖς νέοις ἴλεων μετὰ πειθοῦς γιγνεσθαι ἐπευχόμενος. δεῖ δὲ δὴ καὶ ἔτι τρίτους, τοὺς ἑπὲρ τριάκοντα ἔτη μέγχοι τῶν ἐξή- **d.** κοντα γεγυνοτάς, ἄδειν. τοὺς δὲ μετὰ ταῦτα (οὐ γὰρ ἔτι δυνατοὶ φέρειν ψῆδαις) μυθολόγους περὶ τῶν αὐτῶν ψῆδων διὰ θείας Φήμης καταλελειφθαι. **ΚΛ.** Λέγεις δὲ, ὦ ξένη, τίνας τούτους τοὺς χοροὺς τοὺς τρίτους; οὐ γὰρ πάνυ ξυνίμεν σαφῶς ὅ, τι ποτὲ βούλει φράζειν αὐτῶν πέρι. **ΑΘ.** Καὶ μὴν εἰσι γε οὔτοι· σχεδόν, ὧν χάριν οἱ πλείστοι τῶν ἔμπροσθεν ἐρόσθησαν λόγων. **ΚΛ.** Οὐπω μεμαθήκαμεν· ἀλλ' ἔτι σαφέ- **e.** σερον πειρῶ φράζειν. **ΑΘ.** Εἴπομεν, εἰ μεμνήμεθα, κατ' ἀρχὰς τῶν λόγων, ὡς ἡ φύσις ἀπάντων τῶν νέων διάπυρος οὔσα ἡσυχίαν οὐχ οἶα τε ἄγειν οὔτε κατὰ τὸ σῶμα οὔτε κατὰ τὴν φωνὴν εἴη, φθέγγοιτο δ' αἰεὶ ἀτάκτως καὶ πηδῶ. τάξεως δ' αἰσθησιν τούτων ἀμφοτέρων, τῶν ἄλλων μὲν ζῶων οὐδὲν ἐφάπτοιτο, ἡ δὲ ἀνθρώπου φύσις ἔχει μόνη τοῦτο. τῇ δὲ τῆς κινήσεως τάξει βυβλῆδος ὄνομα εἴη τῇ δ' αὖ τῆς φωνῆς, τοῦ τε **p.** ὀξέος ἅμα καὶ βαρέος συγκεραυνυμένων, ἀρμονίας ὄνομα **a.**

sunt, Paeana testem veritatis dictorum invocet, & iunioribus propitium suppliciter esse precetur. Tertius eorum sit chorus, qui triginta annos inter & sexaginta aetatem agunt. His autem seniores, quia non amplius de eisdem moribus fabulas poterunt decantare, dimittendos divino oraculo censemus. *Cli.* Quosnam, hospes, tertios hos choros dicis? non enim clare, quid de his dicere velis, comprehendimus. *Athen.* Hi profecto sunt, quorum gratia pleraque superius sunt inducta. *Cli.* Nondum intelligimus. quamobrem apertius conare dicere. *Athen.* Dictum est disputationis principio, si recordamur, ita ardentem iuvenum omnium naturam esse, ut neque corpore, neque voce quiescere possit, sed sine ordine semper clamet & saltet: atque ordinis utrorumque istorum nullum aliud animal, praeter solam hominis naturam, sensum habere. Ordinis autem, qui in motu conspicitur, nomen Rhythmus, id est, numerus, esse potest: sed eius, qui in voce, acuto &

- προσαγορεύοιτο χορεία δὲ τὸ ξυναμφοτέρων κληθείη. θεοὺς δὲ ἔφαμεν ἑλεοῦντας ἡμᾶς, συγχορευτάς τε καὶ χορηγούς ἡμῖν δεδωκέναι τὸν τε Ἀπόλλωνα καὶ Μούσας. καὶ δὴ καὶ τρίτον ἔφαμεν, εἰ μεμνήμεθα, Διόνυσον. ΚΛ. Πῶς δ' οὐ μεμνήμεθα; ΑΘ. Ὅ μὲν τοίνυν τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τῶν Μουσῶν χορὸς εἴρηγται τὸν δὲ τρίτον καὶ τὸν λοιπὸν χορὸν
- b. ἀνάγκη τοῦ Διονύσου λέγεσθαι. ΚΛ. Πῶς δὴ; λέγε. μάλα γὰρ ἄτοπος γίγνεται ἂν ὡς γ' ἑξαιφνης ἀκούσαντι Διονύσου πρεσβυτῶν χορὸς· εἰ ἄρα οἱ ὑπὲρ τριάκοντα καὶ πεντήκοντα δὲ γεγονότες ἔτη, μέχρι ἑξήκοντα, αὐτῶ χορεύουσιν. ΑΘ. Ἀληθέστατα μέντοι λέγεις. λόγου δὲ δεῖ πρὸς ταῦτα, οἶμαι, ὅπη τοῦτο εὐλογον οὕτω γιγνόμενον ἂν γίγνοιτο. ΚΛ. Τί μὴν; ΑΘ. Ἄρ' οὖν ἡμῖν τά γε ἔμπροσθεν ἡμολογεῖται;
- c. ΚΛ. Τοῦ πέρι; ΑΘ. Τὸ δεῖν πάντα ἄνδρα καὶ παῖδα, ἐλεύθερον καὶ δοῦλον, θῆλυν τε καὶ ἄρρενα, καὶ ὅλη τῇ πόλει ὅλην τὴν πόλιν αὐτὴν αὐτῇ ἐπάδουσαν, μὴ παύεσθαι ποτε ταῦτα ἃ διεληλύθαμεν, ἀμωσγέπως αἰεὶ μεταβαλλόμενα

gravi simul contemperato, Harmonia, id est, concentus. utrumque vero simul, Chorea nominabitur. Deos quoque diximus nostri misertos choreae concelebratores ac duces dedisse nobis Apollinem & Musas: tertiumque, si recordamur, Dionysum numeravimus. *Cli.* Cur non recordari debeamus? *Athen.* Atqui Apollinis & Musarum chori dicti iam sunt: tertius autem, qui reliquus est, Dionysio necessario tribuetur. *Cli.* Quo pacto? latius expone. nam primo auditu valde absurdus Dionysiacus seniorum chorus esse videtur, si ultra tricesimum annum, & ad quinquagesimum iam proventi, & usque ad sexagesimum eo utantur. *Athen.* Vera loqueris. sed ratione ad haec opus esse arbitror, ut appareat, quo pacto opportune id fieri possit. *Cli.* Quidni? *Athen.* Numquid superiora illa inter nos constant? *Cli.* Quanam? *Athen.* Quod oporteat viros omnes & pueros, liberos & servos, mares & feminas, & universam civitatem toti civitati quotidie, quae diximus, variis modis & carminibus decantare, ut ex innume-

καὶ πάντως παρεχόμενα ποικιλίαν ὥστε ἀπλησίαν εἶναί τινα τῶν ἕμνων τοῖς ἄδουσι καὶ ἡδονήν. ΚΛ. Πῶς δ' οὐχ ὁμολογοῖτο ἂν ταῦτα δεῖν οὕτω πράττεσθαι; ΑΘ. Ποῦ δὴ τοῦθ' ἡμῖν τὸ ἄριστον τῆς πόλεως, ἡλικίαις τε καὶ ἅμα Φρονήσεσι δ. πιθανώτατον ἂν τῶν ἐν τῇ πόλει, ἄδον τὰ κάλλιζα, μέγιστ' ἂν ἐξεργάζοιτο ἀγαθά; ἢ τοῦτο ἀνοήτως οὕτως ἀφήσομεν, ὃ κυριώτατον ἂν εἴη τῶν καλλίσων τε καὶ ὠφελιμωτάτων ὤδων; ΚΛ. Ἄλλ' ἀδύνατον τὸ μεθιέναι, ὡς γε τὰ νῦν λεγόμενα. ΑΘ. Πῶς οὖν πρόπον ἂν εἴη τοῦτο; ὄρατε εἰ τῆδε. ΚΛ. Πῆ δὴ; ΑΘ. Πᾶς που γιγνόμενος πρεσβύτερος, ὄκνου πρὸς τὰς ὤδὰς μεσῶς, καὶ χαίρει τε ἥττον πράττων τοῦτο, καὶ ἀνάγκης γιγνομένης, αἰσχύνοιτ' ἂν μᾶλλον, ὅσῳ πρεσ- e. βύτερος καὶ σωφρονέστερος γίγνεται, τόσῳ μᾶλλον. ἄρ' οὐχ οὕτως; ΚΛ. Οὕτω μὲν οὔν. ΑΘ. Οὐκοῦν ἐν θεάτρῳ γε καὶ παντοίοις ἀνθρώποις ἄδειν ἐσὼς ὀρθός, ἐτι μᾶλλον αἰσχύνοιτ' ἂν. καὶ ταῦτά γ' εἰ καθάπερ οἱ περὶ νίκης χοροὶ ἀγωνιζόμενοι, πεφωνασκηκότες, ἰσχυροὶ τε καὶ ἄσιτοι ἀναγκάζονται

rabili hymnorum varietate, inexplibili quodammodo voluntate concinentes afficiantur. *Cli.* Nihil obstat, quo minus concedatur ita fieri oportere. *Athen.* Sed quo optima haec civitatis pars, cui propter aetatem atque prudentiam summa inest ad persuadendum auctoritas, optima canendo maximorum bonorum causa erit? an id stulte omittemus, in quo optimorum & utilissimorum cantuum vis inest praecipua? *Cli.* Haud omittere licet, ut modo apparet. *Athen.* Quomodo igitur decenter id fiet? videte, quaeso, an ita. *Cli.* Quo pacto? *Athen.* Unusquisque senior, circa cantus iam satietate affectus, his minime delectatur: & cum res postulat canere, quanto senior atque modestior est, tanto magis canere veretur. an non ita? *Cli.* Ita prorsus. *Athen.* Sed multo etiam magis in theatro coram multitudine rectus cantare prae pudore non tolerabit: praesertim si seniorum chori, quemadmodum qui de victoria contendunt, & ii quidem, quo clarior vox sit, tenues atque ieiuni cantare cogantur. sic enim non sine molestia &

- ἄδειν οἱ τοιοῦτοι, παντάσῃ που ἀηδῶς τε καὶ αἰσχρῆτιλῶς
 P. ἄδοντες, ἀπροθύμως ἂν τοῦτ' ἐργάζοντο. ΚΛ. Ἀναγκαιό-
 666
 a. τατα μέντοι λέγεις. ΑΘ. Πῶς οὖν αὐτοὺς παραμυθησόμεθα
 προθύμους εἶναι πρὸς τὰς ᾠδὰς; ἄρ' οὐ νομοθετήσομεν, πρῶ-
 τον μὲν τοὺς παῖδας μέχρις ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα τοπαράπαν
 οἴνου μὴ γεύεσθαι; διδάσκοντες ὡς οὐ χρὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχε-
 τεύειν εἰς τε τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν, πρὶν ἐπὶ τοὺς πόνοὺς
 ἐγχειρεῖν πορεύεσθαι τὴν ἐκμανῆ εὐλαβούμενοι ἕξιν τῶν νέων.
 μετὰ δὲ τοῦτο, οἴνου μὲν δὴ γεύεσθαι τοῦ μετρίου, μέχρι
 b. τριάκοντα ἐτῶν· μέθης δὲ καὶ πολυοινίας τοπαράπαν τὸν νέον
 ἀπέχεσθαι. τετταράκοντα δὲ ἐπιβαίνοντα ἐτῶν, ἐν τοῖς ξυσ-
 σιτίοις εὐωχθέντα, καλεῖν τοὺς τε ἄλλους θεοὺς, καὶ δὴ καὶ
 Διόνυσον παρακαλεῖν εἰς τὴν τῶν πρεσβυτῶν τελετὴν ἅμα
 καὶ παιδιᾶν, ἣν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἐπίκουρον τῆς τοῦ
 γήρας ἀνσηρότητος ἐδωρήσατο, τὸν οἶνον φάρμακον, ὥστ'
 ἀνηβᾶν ἡμᾶς, καὶ δυσθυμίας λήθην γίνεσθαι, μαλακώτε-
 c. ρον ἐκ σκληροτέρου τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος, καθάπερ εἰς πῦρ σί-
 δηρον ἐντεθέντα, γιγνόμενον καὶ οὕτως εὐπλαστότερον εἶναι.

pu-dore cantabunt, & ad ista tardiores accedent. *Cli.* Neces-saria narras. *Athen.* Quo igitur pacto paratos eos ad cantum reddemus? Principio lege fanciemus, ut pueri usque ad duo-devicesimum annum vini usum prorsus ignorent. Nempe eos monebimus, non oportere ignem igni in corpus atque animam fuggerere, antequam viri effecti subire labores incipiant. fu-riofum namque habitum iuventutis cavere oportet. Deinde vino moderate utantur, usque ad annum aetatis tricesimum. ab ebrietate vero & vini repletionem iuvenes omnino absti-neant. Sed cum ad quadragesimum pervenerint, tunc in con-viviis liberius discumbentes, cum alios Deos, tum Dionysum ad sacra senum & ludos invocent, qui hominibus vinum, quasi remedium adversus senectutis duritiam est largitus, ut reiuve-nescere videamur, & moestitiae nos oblivio capiat, ipsaque affectio animi, sicuti ferrum in igne, ex duritie in mollitiam de-ducta flexibilior fiat. Primum quidem sic affectus quisque, sum-

πρώτον μὲν δὴ διατεθεὶς οὕτως ἕκαστος, ἄρ' οὐκ ἂν ἐθέλοι προ-
 θυμότερόν τε, ἤττον αἰσχυρόμενος, οὐκ ἐν πολλοῖς ἀλλ' ἐν
 μετρίοις, καὶ οὐκ ἐν ἀλλοτρίοις ἀλλ' ἐν οἰκείοις, ἄδειν τε, καὶ
 (ὃ πολλάκις εἰρήκαμεν) ἐπάδειν; ΚΛ. Καὶ πολὺ γε. ΑΘ.
 Εἰς μὲν γε τὸ προάγειν τοῖσιν αὐτοῦς μετέχειν ἡμῖν ᾠδῆς,
 οὗτος ὁ τρόπος οὐκ ἂν παντάπασιν ἀσχήμων γίγνοιτο. ΚΛ. d.
 Οὐδαμῶς. ΑΘ. Ποῖαν δὲ ἄσουσιν οἱ ἄνδρες Φωνῆν, ἢ μουσάν;
 ἢ δῆλον ὅτι πρέπουσαν αὐτοῖς δεῖ γέ τινα. ΚΛ. Πῶς γὰρ
 οὐ; ΑΘ. Τίς ἂν οὖν πρέποι θεοῖς ἀνδράσιν; ἄρ' ἂν ἢ τῶν
 χορῶν; ΚΛ. Ἡμεῖς γοῦν, ᾧ ξένη, καὶ οἶδε, οὐκ ἄλλην ἂν
 τινα δυναίμεθα ᾠδῆν ἢ ἣν ἐν τοῖς χοροῖς ἐμάθομεν. ξυνήθεις
 ἄδειν γενόμενοι. ΑΘ. Εἰκότως γε. οὕτως γὰρ οὐκ ἐπήβολοι
 γεγόνατε τῆς καλλίστης ᾠδῆς. στρατοπέδου γὰρ πολιτείαν ἔχε- e.
 τε, ἀλλ' οὐκ ἐν ἄξεσι κατωκηκότων, ἀλλ' οἷον ἀθρόους πώ-
 λους ἐν ἀγέλῃ νεμομένους Φορβάδας, τοὺς νέους κέκτησθε.
 λαβῶν δὲ ὑμῶν οὐδεὶς τὸν αὐτοῦ, παρὰ τῶν ξυννόμων σπά-
 σας σφῆδρα ἀγριαίνοντα καὶ ἀγανακτοῦντα, ἵπποκόμον τε
 ἐπέσχεεν ἰδίᾳ, καὶ παιδεύει ψήχων τε καὶ ἡμερῶν, καὶ πάν-

ta fiducia, minus verebitur inter aliquos ac suos, non tamen
 multos & alienos canere, & una, quod iam saepius repetivi-
 mus, incantare. *Cli.* Et maxime quidem. *Athen.* Ad eos
 igitur inducendos, ut cantibus interesse velint, modus hic
 haud indecens erit. *Cli.* Non certe. *Athen.* Qua autem voce
 & qua Musa hi viri cantabunt? an ea videlicet, quae ipsis
 conveniat? *Cli.* Ea dumtaxat. *Athen.* Quaenam igitur divinis
 viris conveniens erit? nonne ea, qua chori decantant? *Cli.*
 Nos quidem, hospes, & ii, non possumus aliud canere, quam
 quod in choro didicimus. in hoc enim cantu assueti sumus.
Athen. Par est. optimum enim cantum non didicistis: quasi
 enim castrensem rempublicam habetis potius, quam urba-
 nam. propterea tanquam frequentes pullos gregatim pascen-
 tes, iuvenes amatorios habetis. unde nemo vestrum arripit
 suum, & ad cohibendam eius ferocitatem, cuidam, quasi
 equorum magistro, committit, qui erudiat ipsum leniter tra-

- τα προσήκοντα ἀποδίδους τῇ παιδοτροφίᾳ. ὅθεν οὐ μόνον ἀγαθὸς ἂν στρατιώτης εἴη, πόλιν δὲ καὶ ἄση δυνάμενος διοικεῖν,
- p.** ὃν δὴ κατ' ἀρχὰς εἶπομεν τῶν Τυρταίου πολεμικῶν εἶναι πο-
⁶⁶⁷
a. λεμικώτερον. τέταρτον, ἀρετῆς ἀλλ' οὐ πρῶτον τὴν ἀνδρείαν κτῆμα τιμῶντα, ἀεὶ καὶ πανταχοῦ, ἰδιώταις τε καὶ ξυμπάσῃ πόλει. ΚΛ. Οὐκ οἶδα ἡμῶν, ὧ ξένε, ὅπῃ πάλιν αὐ τοὺς νομοθέτας φαυλίζεις. ΑΘ. Οὐκ, ὧ ἄγαθ', προσέχων τούτῳ τὸν νοῦν, ἤρῳ τούτο, εἶπερ' ἀλλ' ὁ λόγος ὅπῃ φέρει, ταύτη πορευόμεθα, εἰ βούλεσθε. εἰ γὰρ ἔχομεν Μοῦσαν τῆς τῶν
- b.** χορῶν καλλίῳ καὶ τῆς ἐν τοῖς κοινοῖς θεάτροις, πειρώμεθα ἀποδοῦναι τούτοις οὓς φαμὲν ἐκείνην μὲν αἰσχύνεσθαι, ζητεῖν δὲ ἥτις καλλίση ταύτης κοινωνεῖν. ΚΛ. Πάνυ γε. ΑΘ. Οὐκοῦν πρῶτον μὲν δεῖ τόδε γε ὑπάρχειν ἅπασιν ὅσοις συμπάρεπεται τις χάρις, ἢ τοῦτο αὐτὸ μόνου αὐτοῦ τὸ σπουδαιότατον εἶναι, ἢ τινα ὀρθότητα, ἢ, τὸ τρίτον, ὠφέλειαν. οἷον δὴ λέγω ἐδώδῃ μὲν καὶ πόσει καὶ ξυμπάσῃ τροφῇ παρέ-
c. πεσθαι μὲν τὴν χάριν, ἣν ἡδονὴν ἂν προσείπομεν ἣν δὲ ὀρθότητά τε καὶ ὠφέλειαν, ὅπερ ὑγιεινὸν τῶν προσφερομένων

ctans & mansuefaciens, & cetera, quae educationi conveniunt, peragens, ex quo non modo probus miles efficiatur, sed civitatum quoque & urbium idoneus gubernator: quem quidem principio diximus Tyrtaei militibus fore bellicosiores, quarto virtutis loco, non primo, semper & ubique privatim & publice fortitudinis munera colentem. *Cli.* Nescio, quo modo rufus, hospes, legumlatoribus nostris derogas. *Athen.* Non ex animo id facio, bone vir, si quidem facio. sed pergamus, quo ratio ducit, si vultis. Nam si Musam habemus, chororum & theatri communi Musa praestantiores, hanc illis exhibere conemur, quos diximus illam quidem vereri, & aliam quaerere meliorem. *Cli.* Omnino. *Athen.* Omnibus igitur, quaecunque gratia quaedam sequitur, ineffe id oportet, ut vel ea ipsa gratia sola in his alliciat, sitque praecipuum, vel rectitudo, vel utilitas. Exemplo, quod dico, exponam. Cibus ac potus, & alimentum omne, gratiam habet, quam voluptatem dici-

λέγομεν ἐκάστοτε, τοῦτ' αὐτὸ εἶναι ἐν αὐτοῖς καὶ τὸ ὀρθότατον. ΚΛ. Πάνυ μὲν οὔν. ΑΘ. Καὶ μὴν καὶ τῇ μισθώσει παρακολουθεῖν μὲν τό γε τῆς χάριτος τὴν ἡδονήν· τὴν δὲ ὀρθότητα καὶ τὴν ἀφέλειαν, καὶ τὸ εὖ καὶ τὸ καλῶς, τὴν ἀλήθειαν εἶναι τὴν ἀποτελοῦσαν. ΚΛ. Ἔστιν οὕτω. ΑΘ. Τί δέ; τῇ τῶν ὁμοίων ἐργασία, ὅσαι τέχναι εἰκαστικαί, ἅρ' οὐκ ἂν τοῦτο ἐξεργάζωνται, τὸ μὲν ἡδονὴν ἐν αὐτοῖς γίγνεσθαι, **d.** παρεπόμενον ἂν γίγνηται, χάριν αὐτὸ δικαιοτάτου ἂν εἴη προσαγορεύειν; ΚΛ. Ναί. ΑΘ. Τὴν δέ γε ὀρθότητά που τῶν τοιοῦτων ἢ ἰσότης ἂν, ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν εἰπεῖν, ἐξεργάζοιτο τοῦ τε τοσοῦτου καὶ τοῦ τοιοῦτου πρότερον, ἀλλ' οὐχ ἡδονή. ΚΛ. Καλῶς. ΑΘ. Οὐκοῦν ἡδονὴ κρίνοιτ' ἂν μόνον ἐκεῖνο ὀρθῶς, ὃ μήτε τινα ἀφέλειαν, μήτε ἀλήθειαν, μήτε ὁμοιότητα ἀπεργαζόμενον παρέχεται, μηδ' αὖ γε βλάβην· ἀλλ' αὐτοῦ τούτου μόνου ἕνεκα γίγνοιτο τοῦ συμπαρεπομένου τοῖς ἄλλοις τῆς χάριτος, ἣν δὴ κάλλιπα τίς ὀνομάσαι ἂν ἡδονὴν, ὅταν μηδὲν αὐτῇ τούτων ἐπακολουθῇ. ΚΛ. Ἀβλαβῆ λέγεις ἡδονὴν μόνον. ΑΘ. Ναί, καὶ παιδιῶν γε εἶναι τὴν αὐτὴν ταύτην λέ-

mus : rectitudinem vero & utilitatem, si confert ad sanitatem. *Cli.* Profus. *Athen.* Sic & in discendo gratia inest, quae voluptas nominatur: rectitudo etiam atque utilitas, & bonus habitus atque pulcher, quae ab ipsa veritate efficiuntur. *Cli.* Ita est. *Athen.* Quid porro in artibus, quibus similia efficiuntur, nonne id ipsum inspicimus? voluptas profecto ex illis quandoque provenit, quam par est gratiam nominare. *Cli.* Certe. *Athen.* Rectitudinem vero talium, ut in universum dicam, aequalitas ipsa tanti talisque efficit potius, quam voluptas. *Cli.* Praeclare. *Athen.* Voluptate igitur sola id merito iudicabitur, quod neque utilitatem, neque veritatem, neque similitudinem, neque rursus damnum efficit, sed solum causa gratiae illius fit, quae concomitatur alia: quam voluptatem recte possumus nominare, quando videlicet nihil istorum ipsam sequitur. *Cli.* Voluptatem dicis solam, quae minime noceat? *Athen.* Nempe: & lufum rursus eam ipsam

- γω τότε ὅταν μήτε τι βλάβη, μήτε ὠφελῆ, σπουδῆς ἢ λόγου ἄξιον. ΚΛ. Ἀληθέςατα λέγεις. ΑΘ. Ἄρ' οὖν οὐ πᾶσαν μίμησιν Φαίμεν ἄν, ἐκ τῶν νῦν λεγομένων, ἡμῖσα ἡδονῆ
- p.** προσήκειν κρίνεσθαι καὶ δόξῃ μὴ ἀληθεῖ, καὶ δὴ καὶ πᾶσαν ἰσότητα; οὐ γὰρ εἴ τῷ δοκεῖ, ἢ μὴ τις χαίρει τῷ, τό γε ἴσον, οὐδὲ τὸ συμμετρον ἄν εἴη σύμμετρον ὅλως· ἀλλὰ τῷ ἀληθεῖ πάντων μάλιχα, ἡμῖσα δὲ ὀφρῶν ἄλλω. ΚΛ. Παντάσασι μὲν οὖν. ΑΘ. Οὐκοῦν μουσικὴν γε πᾶσαν Φαίμεν εἰ- κασικὴν τε καὶ μιμητικὴν; ΚΛ. Τί μὴν; ΑΘ. Ἐκείν' ἄρα ὅταν τις μουσικὴν ἡδονῆ Φῆ κρίνεσθαι, τοῦτον ἀποδεκτέον τὸν λόγον, καὶ ζητητέον ἡμῖσα ταύτην, ὡς σπουδαιαν, εἴτις
- b.** ἄρα που καὶ γίγνοιστο· ἀλλ' ἐκείνην τὴν ἔχουσαν τὴν ὁμοιότητα τῷ τοῦ καλοῦ μιμήματι. ΚΛ. Ἀληθέςατα. ΑΘ. Καὶ τοῖσι δὴ τοῖς τὴν καλλίστην ὠδὴν τε ζητοῦσι καὶ μουσικῶν, ζητητέον, ὡς ἔοικεν, οὐχ ἥτις ἡδεῖα, ἀλλ' ἥτις ὀρθή. μιμήσεως γὰρ ἦν, ὡς ἔφαμεν, ὀρθότητος, εἰ τὸ μιμηθὲν, ὅσον τε καὶ οἶον ἦν, ἀποτελοῖτο. ΚΛ. Πῶς γὰρ οὐ; ΑΘ. Καὶ μὴν

appello, quando nec nocumenti, neque utilitatis, aliquid affert aestimatione dignum. *Cli.* Vera loqueris. *Athen.* Sequitur ex his, quae diximus, nullam imitationem voluptate & opinione non vera iudicandam esse: similiter etiam aequalitatem nullam. non enim quia huic videatur, aut quoniam hic gaudeat, idcirco aequale, ipsum aequale est, aut commensurabile ipsum est commenturabile; sed nullo alio, quam veritate sola. *Cli.* Sic est omnino. *Athen.* Atqui musicam omnem imitatricem, & similitudinem effectricem esse dicimus. *Cli.* Cui dubium? *Athen.* Cum ergo quis sola voluptate musicam afferit iudicari, minime audiendus est, minimeque huiusmodi musica, si alicubi colitur, quaerenda est; sed illa, quae per imitationem boni similitudinem possidet. *Cli.* Vera haec sunt. *Athen.* Qui ergo cantus speciem & Musam quaerunt optimam, non eam, quae iucunda, sed quae recta est, quaerere debent. Rectitudo enim imitationis in hoc consistit, ut dicebamus, si tantum & tale fiat, quod imitatione exprimitur,

τοῦτό γε πᾶς ἂν ὁμολογῶσιν περὶ τῆς μουσικῆς, ὅτι πάντα τὰ
περὶ αὐτὴν ἐστὶ ποιήματα μίμησις τε καὶ ἀπεικασία. καὶ τοῦ- c.
τό γε μᾶν οὐκ ἂν ξύμπαντες ὁμολογοῦσιν ποιηταί τε καὶ
ἀκροαταὶ καὶ ὑποκριταί; ΚΛ. Καὶ μάλα. ΑΘ. Δεῖ δὴ καθ'
ἕκαστον γε, ὡς ἔοικε, γινώσκειν τῶν ποιημάτων, ὅ, τι ποτέ
ἐστὶ, τὸν μέλλοντα ἐν αὐτῷ μὴ ἀμαρτήσεσθαι. μὴ γὰρ γι-
νώσκων τὴν οὐσίαν τί ποτε βούλεται, καὶ ὅτου ποτέ ἐστιν εἰ-
κῶν ὄντως, σχολῆ τὴν γε ὀρθότητα τῆς βουλήσεως ἢ καὶ
ἀμαρτίαν αὐτοῦ διαγνώσεται. ΚΛ. Σχολῆ. πως δ' οὔ; ΑΘ.
Ὅ δὲ τὸ ὀρθῶς μὴ γινώσκων, ἄρ' ἂν ποτε τό γε εὔ και κα- d.
κῶς δυνατὸς εἴη διαγνώσωναι; λέγω δ' οὐ πάνυ σαφῶς· ἀλλ'
ἔωδε σαφέστερον ἴσως ἂν λεχθεῖη. ΚΛ. Πῶς; ΑΘ. Εἰσὶ δὴ που
κατὰ τὴν ὄψιν ἡμῶν ἀπεικασίαι μυρίαί. ΚΛ. Ναί. ΑΘ. Τί
οὔν; εἰ τις ἀγνοοῖ τῶν μεμιμημένων ὅ, τι ποτέ ἐστὶν ἕκαστον
τῶν σαμάτων, ἄρ' ἂν ποτε τόγε ὀρθῶς εἰργασμένον αὐτῶν
γνοίη; λέγω δὲ τὸ τοιόνδε, οἷον τοὺς ἀριθμοὺς τοῦ σώματος,
καὶ ἑκάστων τῶν μερῶν τὰς θέσεις ἢ ἔχει, ὅσοι τέ εἰσι καὶ e.

quantum & quale in se ipso est. *Cli.* Cui dubium? *Athen.*
Atqui illud de musica omnes concederent, omnia videlicet
poëmata eius imitationem esse atque assimilationem. quod &
poëtae omnes, & auditores, histrionesque concederent. *Cli.*
Magnopere. *Athen.* Oportet igitur circa unumquodque poë-
ma & figmentum, ut videtur, quid sit, quod effingitur, co-
gnoscere illum, qui in ipso non sit erraturus. nam qui nec no-
vit, quid essentia ipsius velit, nec cuius imago sit, nunquam
rectitudinem eius & errorem intelliget. *Cli.* Nunquam certe.
Athen. Qui autem rectitudinem operis non intelligit, num,
bene an male factum sit, cognoscet? Obscurius equidem lo-
quor. forte vero planius ita mihi dicetur. *Cli.* Quo pacto?
Athen. Multae ad aspectum pertinentes similitudines fiunt.
Cli. Certe. *Athen.* Si quis corporis depicti modum non teneat,
cognoscetne unquam, utrum recte sit pictum? ut puta, utrum
articulos corporis & singulas particulas habeat, & numerum, &
qualitatem, & locationem singulorum, prout decet ad singula,

ὅποια παρ' ὅποια αὐτῶν κείμενα τὴν προσήκουσαν τάξιν ἀπέλι-
 ληφε, καὶ ἐτι δὴ χρώματά τε καὶ σχήματα ἢ πάντα ταῦτα
 τεταραγμένως εἰργασαί μῶν δοκεῖ ταῦτ' ἄν ποτε διαγνώναί
 τις τοπαράπαν, ἀγνοῶν ὃ, τι ποτέ ἐσι τὸ μεμιμημένον ζῶον;
ΚΛ. Καὶ πῶς; **ΑΘ.** Τί δ' εἰ γιγνώσκοιμεν ὅτι τὸ γεγραμ-
 μένον ἢ τὸ πεπλασμένον ἐστὶν ἄνθρωπος, καὶ τὰ μέρη πάντα
p. τὰ ἑαυτοῦ καὶ χρώματα ἅμα καὶ σχήματα ἀπέλιλθεν ὑπὸ
 669 τῆς τέχνης, ἄρα γε ἀναγκαῖον ἤδη τῷ ταῦτα γνόντι, καὶ
a. ἐκεῖνο ἐτοίμως γιγνώσκειν εἴτε καλὸν εἴτε ὅπη ποτέ ἔλλιπες
 ἂν εἶη κάλλους; πάντες μὲντ' ἄν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὧ ξένε, τὰ
 καλὰ τῶν ζῶων ἐγιγνώσκομεν. **ΚΛ.** Ὁρθότατα λέγεις. **ΑΘ.**
 Ἄρ' οὖν οὐ περὶ ἐκάστην εἰκόνα καὶ ἐν γραφικῇ καὶ ἐν μουσικῇ
 καὶ πάντῃ τὸν μέλλοντα ἔμφρονα κριτὴν ἔσεσθαι δεῖ ταῦτα
b. τρία ἔχειν; ὃ, τέ ἐσι, πρῶτον γιγνώσκειν, ἔπειτα ὡς ὀρθῶς,
 ἔπειθ' ὡς εὖ, τὸ τρίτον, εἰργασαί τῶν εἰκόνων ἡτισοῦν ῥήμασί
 τε καὶ μέλεσι καὶ τοῖς ῥυθμοῖς; **ΚΛ.** Ἔοικε γοῦν. **ΑΘ.** Μὴ
 τοίνυν ἀπέπωμεν λέγοντες τὸ περὶ τὴν μουσικὴν ἢ χαλεπόν.
 ἐπειδὴ γὰρ ὑμνεῖται τὸ περὶ αὐτὴν διαφερόντως ἢ τὰς ἄλλας

colores praeterea atque figuras: vel contra, utrum perturbate
 haec omnia picta sint? an censes, haec aliquem cogniturum,
 qui animal, quod pingitur, minime noverit? *Cli.* Nullo modo.
Athen. Sin autem cognoscat aliquis, hominem esse id, quod
 pictum, vel quoquo modo formatum est, suasque partes omnes,
 & figuras, & colores ab arte accepisse; num idem necessario,
 sicubi defectus aliquis pulchritudinis in eo sit, continuo agnos-
 cet? *Cli.* Omnes ferme hoc modo, hospes, quae in anima-
 libus pulchre se habent, cognosceremus. *Athen.* Recte loque-
 ris. Nonne igitur in imagine omni, sive per picturam, sive
 per musicam, sive quomodocunque aliter fiat, tria haec pru-
 dentem iudicem habere oportet? primum, ut cognoscat, quid
 sit, quod in imitationem cadit: secundum, ut recte: tertium,
 ut bene, quaelibet similitudo verbis, concentibus, numeris ef-
 fecta sit, noverit? *Cli.* Videtur. *Athen.* Ne pigeat igitur dif-
 ficultatem, quae in musica est, exponere. Porro, quoniam ma-

εἰκόνας, εὐλαβείας δὴ δεῖται πλείους πασῶν εἰκόνων. ἁμαρ-
 τῶν τε γὰρ τις μέγισ' ἂν βλάβητο, ἢ ἢ κακὰ φιλοφρονού-
 μενος χαλεπώτατόν γε αἰτῶσθαι, διὰ τὸ τοὺς ποιητὰς, c.
 Φαυλοτέρους εἶναι ποιητὰς αὐτῶν τῶν Μουσῶν. οὐ γὰρ ἂν
 ἐκεῖναί γε ἕξαμάρτοιν ποτὲ τοσοῦτον, ὥστε, ῥήματα ἀνδρῶν
 ποιήσασαι, τὸ σχῆμα γυναικῶν καὶ μέλος ἀποδοῦναι καὶ
 μέλος ἐλευθέρων αὐτῶν καὶ σχήματα ξυμβεῖσαι, ῥυθμοὺς δού-
 λων καὶ ἀνελευθέρων προσαρμόττειν· οὐδ' αὐτῶν, ῥυθμοὺς καὶ
 σχῆμα ἐλευθέρων ὑποθεῖσαι, μέλος ἢ λόγον ἐναντίον ἀπο-
 δοῦναι τοῖς ῥυθμοῖς. ἔτι δὲ θηρίων φωνὰς καὶ ἀνθρώπων καὶ d.
 ὀργάνων, καὶ πάντας ψόφους εἰς ταυτὸ οὐκ ἂν ποτὲ ξυ-
 δεῖται, ὡς ἐν τι μιμούμεναι. ποιηταὶ δ' ἀνθρώπινοι, σφόδρα τὰ
 τοιαῦτα ἐμπλέκοντες, καὶ συγκυκῶντες ἀλόγως, γέλωτ' ἂν
 παρασκευάζοιεν τῶν ἀνθρώπων ὅσους Φησὶν Ὀρφεὺς λαχεῖν
 ἄρα τῆς τέρψιος. ταῦτά τε γὰρ ὀρῶσι πάντα κυκώμενα,
 καὶ ἔτι διασπῶσιν οἱ ποιηταί. ῥυθμὸν μὲν καὶ σχήματα μέ-
 λους χωρὶς, λόγους ψιλοὺς εἰς μέτρα τιθέντες, μέλος δ' αὐτῶν

gis haec, quam aliae similitudines, celebratur, maiore, quam
 in ceteris, opus est diligentia. nam qui in hac aberrat, ma-
 xime laeditur, cum sub eius suavitate malos imbibat mores.
 difficile autem id cognitu est, quoniam poëtae non ita, ut Mu-
 sae, artem poëticam tenent. nunquam enim illae tantum errare
 possent, ut in effingendis viroverbis, colorem mulierum
 concentusque redderent; vel in concentibus figurisque libero-
 rum, fervorum & illiberalium numeros; vel in numeris figu-
 risque liberis, concentum vel sermonem numeris contrarium.
 nunquam insuper ferarum voces atque hominum, pulsando-
 rumque instrumentorum, & strepitus omnes, quasi unum ali-
 quid imitentur, in unum confunderent. Humani vero poëtae
 huiusmodi multa perturbant, & sine ratione commiscent, ri-
 sumque hominibus commovent: quos Orpheus delectationis
 gratiam nactos ait. omnia enim & confusa cernunt, & ipsi
 quoque distrahunt poëtae, numerum quidem atque figuras a
 concentu seorsum, orationes nudas absque concentu metrico

- c. καὶ ῥυθμοὺς ἀνευ ῥημάτων, ψιλῆ καθαρίσει τε καὶ αὐλήσει προσχρώμενοι. ἐν οἷς δὴ παγχάλεπον ἀνευ λόγου γιγνόμενον ῥυθμόν τε καὶ ἀρμονίαν γινώσκειν, ὃ, τι τε βούλεται, καὶ ὅτω ἔοικε τῶν ἀξιολόγων μιμημάτων. ἀλλ' ὑπολαβεῖν ἀναγκαῖον ὅτι τὸ τοιοῦτόν γε, πολλῆς ἀγροικίας μεσὸν πᾶν, ὀπίσσω τάχους τε καὶ ἀπταισίας καὶ Φωνῆς Δηριώδους σφόδρα
- P. Φίλον, ὥστ' αὐλήσει γε χρῆσθαι καὶ καθαρίσει, πλὴν ὅσον ⁶⁷⁰ ὑπὸ ὄρχησίν τε καὶ ᾠδῆν. ψιλῆ δ' ἑκατέρω πᾶσά τις ἀμου-
- a. σία καὶ θαυματουργία γίγνοιτ' ἂν τῆς χρήσεως. ταῦτα μὲν ἔχει ταύτη λόγον. ἡμεῖς δέ γε οὐχ ὅτι μὴ δεῖ ταῖς μούσαις ἡμῶν προσχρῆσθαι τοὺς ἤδη τριακοντούτους καὶ τῶν πεντηκοντα πέρα γεγονότας σκοπούμεθα, ἀλλ' ὅτι τότε δεῖ. τότε μὲν οὖν ἐκ τούτων ὁ λόγος ἡμῖν δοκεῖ μοι σημαίνειν ἤδη τῆς γε χορικῆς μούσης, ὅτι πεπαιδευσθαι δεῖ βέλτιον τοὺς πεν-
- b. τηκοντούτους, ὅσοις περ ἂν ἄδειν προσήκη. τῶν γὰρ ῥυθμῶν καὶ τῶν ἀρμονιῶν ἀναγκαῖον αὐτοῖς ἐστὶν εὐαισθητῶς ἔχειν καὶ γινώσκειν. ἢ πᾶς τὴν ὀρθότητα γινώσεται τῶν μελῶν,

componentes, atque etiam concentus & numeros absque verbis, nudae citharae pulsationi & tibiae sono accommodantes. qua in re difficillimum est cognoscere, quid numerus & concentus, qui sine verbis fit, sibi velit, & cui imitationi similis fit earum, quae ratione sunt dignae. putare autem oportet, multa ruditate esse refertum id omne, quodcunque sive velocitatem, seu tarditatem, vocemque ferarum proxime sequitur, ut aliter tibia citharaque utaris, quam ad tripudium opus fit atque cantum. nudo autem utroque uti, abusus est praestigiatrici ostentationi persimilis, & a Musis admodum alienus. Sed horum quidem haec ratio est. nos autem haec non consideramus, quod triginta quinquagintaque annos & ultra nati Musis nostris uti non debeant: sed, uti quando debeant, videamus. Ex istis autem oratio haec nobis id significare videtur, quod ad quinquagesimum annum provectos, quibuscunque canere opus est, melius ceteris chori Musam tenere oporteat. necesse namque est, ut acute concentus & numeros sentiant,

ἢ προσῆκεν ἢ μὴ προσῆκε τοῦ Δωρισι, καὶ τοῦ ῥυθμοῦ, ὃν ὁ ποιητὴς αὐτῷ προσῆψεν, ὀρθῶς ἢ μὴ; ΚΛ. Δῆλον ὡς οὐδαμῶς. ΑΘ. Γελῶσι γὰρ ὅγε πολὺς ὄχλος, ἡγούμενος ἰκανῶς γιγνώσκων τὸ, τ' εὐάρμοσον καὶ εὐρυθμον καὶ μὴ, ὅσοι προσφθεῖν αὐτῶν καὶ βαίνειν ἐν ῥυθμῷ γηγύνασι διηναγκασμένοι. ὅτι δὲ δρῶσι ταῦτα ἀγνοοῦντες αὐτῶν ἕκαστα, οὐ συλλογίζονται τότε που προσήκοντα μὲν ἔχον πᾶν μέλος, ὀρθῶς ἔχειν μὴ προσήκοντα δὲ, ἡμαρτιμένως. ΚΛ. Ἀναγκαιότατα. ΑΘ. Τί οὖν; ὁ μὴδὲ ὅ, τι ποτ' ἔχει γιγνώσκων, ἄρα ὅ, τι περ εἶπομεν, ὡς ὀρθῶς γε αὐτὸ ἔχει, γινώσεται ποτὲ ἐν ὄρω; ΚΛ. Καὶ τίς μηχανή; ΑΘ. Τοῦτ' οὖν, ὡς ἔοικεν, ἀνευρίσκομεν αὐτὰ νῦν, ὅτι τοῖς ᾠδοῖς ἡμῖν οὐς νῦν παρακαλοῦμεν, καὶ ἐκόντας τινὰ τρόπον ἀναγκάζομεν ἄδειν, μέχρι γε τοσοῦτου πεπαιδευθεῖν σχεδὸν ἀναγκαῖον, μέχρι τοῦ δυνατὸν εἶναι ξυνακλουθεῖν ἕκασον ταῖς τε βάσει τῶν ῥυθμῶν, καὶ ταῖς χορδαῖς ταῖς τῶν μελῶν ἵνα καθορῶντες τὰς τε

atque cognoscant. quomodo enim aliter quispiam rectitudinem cantus cognoscet, cui vel conveniat, vel non conveniat Doricum, & numerus, quem illi poëta adiunxit, utrum recte iunxerit necne? *Cli.* Nullo certe pacto. *Athen.* Vulgus autem deridendum est, cum se putet, quod boni concentus numerique compos est, & quod contra, satis cognoscere: hi, inquam, qui ad numeros accinere & saltare iam olim coacti sunt. quod vero singula istorum ignorent, non isthuc apud se ita reputant, quod quilibet cantus, si omnia sibi convenientia continet, recte se habet: si non continet, contra. *Cli.* Sic omnino necesse. *Athen.* Quid porro? si quis rationem eius, quidve habeat, non intelligit, numquid, quod diximus, quo pacto recte se habeat, in aliquo unquam cognoscet? *Cli.* Quo pacto id fieri posset? *Athen.* Hoc itaque nunc in his invenisse videmur, quod cantores eos seniores, quos prius quidem nolentes ita provocamus, ut libenter quodammodo canant, usque adeo haec didicisse necesse est, ut eorum quilibet tam numerorum progressus pondera, quam sonos fidium harmonicis consequatur:

- ἀρμονίας καὶ τοὺς ῥυθμοὺς, ἐκλέγεσθαι τε τὰ προσήκοντα οἷοίτ' ὄσιν, ἃ τοῖς τηλικούτοις τε καὶ τοιοῦτοις ἄδειν πρέπον καὶ οὕτως ἄδωσι, καὶ ἄδοντες, αὐτοὶ τε ἡδονὰς τοπαραχρῆμα ἀσινεῖς ἡδωνται, καὶ τοῖς νεωτέροις ἢ εὐμύνας ἡθῶν χρη-
- e. εἰς ἀσπασμοῦ προσήκοντος γίνωνται. μέχρι δὲ τοσούτου παιδευθέντες, ἀκριβεστέραν ἂν παιδείαν τῆς ἐπὶ τὸ πλῆθος φερούσης εἶεν μετακεχειρισμένοι, καὶ τῆς περὶ τοὺς ποιητὰς αὐτούς. τὸ γὰρ τρίτον οὐδεμίᾳ ἀνάγκῃ ποιητῆ γιγνώσκειν, εἴτε καλὸν εἴτε μὴ καλὸν τὸ μίμημα· τὸ δ' ἀρμονίας καὶ ῥυθμοῦ, σχεδὸν ἀνάγκῃ. τοῖς δὲ πάντα τὰ τρία, τῆς ἐκλο-
- p. γῆς ἕνεκα τοῦ καλλίστου καὶ δευτέρου ἢ μηδέποτε ἱκανὸν ἐπω-
- 67¹ δὸν γίνεσθαι νέοις πρὸς ἀρετήν. Καί, ὅπερ ὁ λόγος ἐν ἀρ-
- a. χαῖς ἐβουλήθη, τὴν τῶ τοῦ Διονύσου χορῶ βοήθειαν ἐπιδειξαι καλῶς λεγομένην, εἰς δύναμιν εἴρηκε. σκοπώμεθα δὴ εἰ τοῦθ' οὕτω γέγονε· Ἰσοκράτους μὲν που ὁ ἐξῆλλογος ὁ τοιοῦτος ἐξ ἀνάγκης προΐουσης τῆς πόσεως ἐπὶ μᾶλλον εἰ ξυμβαίνει γιγνόμενος. ὅπερ ὑπεθέμεθα κατ' ἀρχὰς ἀναγκαῖον εἶναι γί-
- b. γνεσθαι περὶ τῶν νῦν γιγνομένων. ΚΛ. Ἀνάγκῃ. ΑΘ. Πᾶς

ut concentus & numeros intelligentes, illos eligere possint, quos tantis ac talibus decantari oporteat; atque ita canentes & ipsi voluptates innocuas confestim percipiant, & iuvenes ad probos mores de cantibus perducant & oblectamentis. Eatenus autem docti, exquisitiorem, quam vulgus & poëtae ipsi, disciplinam habebunt. tertium quidem illud, sive bona, sive mala imitatio fit, non est necesse, ut poëta cognoscat: concentum vero numerumque, necesse. Isti autem omnia tria cognoscere debent, ut optimum & secundum eligere queant. aliter autem nunquam sufficienter, veluti incantationibus quibusdam, poterunt iuvenum animos ad virtutem allicere. Enimvero, quod ab initio voluimus, ut videlicet Dionysi choro rectam opem fermo noster afferret, pro viribus dictum est. Verum consideremus, an hoc ita fit factum. talis utique concentus hominum necessario computatione progrediente turbulentior redditur: quod & a principio supposuimus, in his, quae fiunt

δέ γε αὐτὸς αὐτοῦ κουφότερος αἴρεται, καὶ γεγηθέ τε καὶ παρρησίας ἐμπίπλαται καὶ ἀνηκουσίας ἐν τῷ τοιοῦτῳ τῶν πέ-
 λας ἄρχων δ' ἱκανὸς ἀξιοῖ ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ἄλλων γε-
 γονέναι. ΚΛ. Τί μῆν; ΑΘ. Οὐκοῦν ἔφαμεν, ὅταν γίγνηται
 ταῦτα, καθάπερ τιὰ σίδηρον, τὰς ψυχὰς τῶν πινόντων δια-
 πύρους γιγνομένας, μιλθακωτέρας γίγνεσθαι καὶ νεωτέρας;
 ὥστε εὐαργῶγους ξυμβαίνειν τῷ δυναμένῳ καὶ ἐπιζαμένῳ παι- c.
 δεύειν τε καὶ πλάττειν, καθάπερ ὅτ' ἦσαν νέαι. τοῦτον δ' εἶναι
 τὸν πλάσῃν, τὸν αὐτὸν ὄνπερ τότε τὸν ἀγαθὸν νομοθέτην· οὐ
 νόμους εἶναι δεῖσυμποτικοῦς, δυναμένους τὸν εὐελπιν καὶ θαρ-
 ραλέον ἐκεῖνον γιγνόμενον καὶ ἀναισχυντότερον τοῦ δέοντος,
 καὶ οὐκ ἐθέλοντα τάξιν καὶ τὸ κατὰ μέρος σιγῆς καὶ λόγου
 καὶ πόσεως καὶ μούσης ὑπομένειν, ἐθέλειν ποιεῖν πάντα τού-
 τοις τᾶναντία· καὶ εἰσιόντι τῷ μὴ καλῷ θάρρει τὸν κάλλι-
 ζον διαμαχόμενον φόβον εἰσπέμπειν οἴουστ' εἶναι μετὰ δίκης· d.
 ὃν αἰδῶ τε καὶ αἰσχύνην θεῖον φόβον ὠνομάκαμεν. ΚΛ. Ἐσι
 ταῦτα. ΑΘ. Τούτων δέ γε τῶν νόμων εἶναι νομοφύλακας καὶ

hodie, necessario fieri. *Cli.* Necessè. *Athen.* Ubi certe unuf-
 quisque se ipso levior factus extollitur & exsultat, audaciaque
 repletur, nec audit proximum, sed tam sui ipsius, quam cete-
 rorum omnium, ducem se sufficientem existimat. *Cli.* Absque
 dubio. *Athen.* An non diximus, quoties ista fiunt, bibentium
 animos, sicut in igne ferrum, ita vino ferventes molliores
 iunioresque fieri: & idcirco facilius deduci, veluti quando iu-
 venes erant; si quis & possit, & sciat, erudire eos ac fingere?
 fictorem vero eundem esse, qui & tunc probus legislator di-
 cebatur. cuius in legibus computationis modus est praescri-
 bendus, ut possint hae leges confidentem illum audacemque, &
 impudentiorem, quam deceat, factum, qui ordinem vicissim
 silentio, sermone, computatione, & musica fervare non vult,
 cohibere, atque ita instruere, ut contra in omnibus facere
 velit, quam faciat; contra insurgentem ac turpem confidentiam
 admoventes timorem optimum cum iustitia. quem quidem
 timorem divinum, pudorem & verecundiam nominavimus.

συνδημιουργούς αὐτοῖς τοὺς ἀθορύβους καὶ νήφοντας τῶν μὴ
 νηφόντων στρατηγούς· ὧν δὴ χωρὶς, μέθῃ διαμάχεσθαι δεινό-
 τερον, ἢ πολεμίους εἶναι μὴ μετὰ ἀρχόντων ἀθορύβων. καὶ
 τὸν αὖ μὴ δυνάμενον, ἐθέλειν πείθεσθαι τούτοις, καὶ τοῖς ἡγε-
 e. μόσι τοῖς τοῦ Διονύσου, τοῖς ὑπὲρ ἐξήκοντα ἔτη γεγονόσιν,
 ἴσην καὶ μείζω τὴν αἰσχυνὴν φέρειν, ἢ τὸν τοῖς τοῦ Ἄρεως
 ἀπειθοῦντα ἄρχουσιν. ΚΛ. Ὅρθῶς. ΑΘ. Οὐκοῦν εἶγε εἴη
 τοιαύτη μὲν μέθῃ, τοιαυτὴ δὲ παιδιὰ, μῶν οὐκ ὠφελιθέστες
 ἂν οἱ τοιοῦτοι συμπόται καὶ μᾶλλον φίλοι ἢ πρότερον, ἀπαλ-
 λάττειντο ἀλλήλων, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ ταυῶν ἐχθροί; κατὰ
 p. νόμους δὲ πᾶσαν τὴν ξυνουσίαν ξυγγεγόμενοι καὶ ἀκολουθή-
 672 σαντες, ὁπότε ἀφιγοῖντο οἱ νήφοντες τοῖς μὴ νήφουσι; ΚΛ.
 a. Ὅρθῶς, εἶγε δὴ εἴη ἐπὶ τοιαύτῃ οἴαν νῦν λέγεις. ΑΘ. Μὴ
 τοῖνυν ἐκεῖνό γ' ἐτι τῆς τοῦ Διονύσου δωρεᾶς ψέγωμεν ἀπλῶς,
 ὡς ἔσι κακὴ καὶ εἰς πόλιν οὐκ ἀξία παραδέχεσθαι. καὶ γὰρ
 ἐτι πλείω τις ἂν ἐπεξέλθοι λέγων· ἐκεῖ καὶ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν
 ὃ δωρεῖται, λέγειν μὲν ὄκνος εἰς τοὺς πολλοὺς, διὰ τὸ κακῶς

Cli. Est, ut ais. *Athen.* Harum legum auctores atque custodes
 a perturbatione & ebrietate remotos esse oportet, vinolento-
 rum duces. sine quibus contra ebrietatem pugnare durius est,
 quam sine ducibus prudentibus & consideratis cum hostibus
 dimicare. Si quis autem neque obtemperare velit his, neque
 ducibus Dionysi ultra annos sexaginta natis, aequale, vel etiam
 maius, dedecus ferat, quam qui ducibus Martis non paret. *Cli.*
Recte. Athen. Nonne, si talis ebrietas talisque ludus adhibere-
 tur, compotatores magnam inde utilitatem consecuti, & maio-
 ri, quam prius, invicem benevolentia iuncti, non autem, sicuti
 nunc, inimici discederent: cum legitime invicem conversati
munem in ipsis confensum inveniunt, ut velint ex animo sub-
 ire pericula, & pro principibus dimicare: sed cum innumeris
 paene hominibus dominantur, inutiles tamen omnes habent ad
 bellum: &, tanquam hominum indigentes, alios mercede con-
 ducunt, per mercenarios extraneosque milites salvos se fore
 putantes. Praeterea & insanire coguntur, cum re ipsa praedi-
 cent, nugae esse ea, quae in civitate honesta esse & honoranda
 dicuntur, si ad argentum & aurum conferantur. *Meg.* Ita fit.
Athen. Sed de rebus Persarum, quod propter nimiam domi-
 nationem servitutemque non recte modo se habeant, iam satis
 fit dictum. *Meg.* Omnino. *Athen.* Atticam deinceps guberna-
 tionem similiter percurrere decet, ut pateat, quemadmodum
 libertas nulli subdita magistratui non paulo deterior est, quam
 illa, quae mediocritatem magistratuum dominatione consequi-
 tur. Nobis enim tempore, quo Persae Graeciam, immo univer-
 sam paene Europam aggrediebantur, prisca quaedam erat res-
 publica, & magistratus aliqui ex censu quadrifariam divisio

- λαϊὰ καὶ ἐκ τιμημάτων ἀρχαί τινες τεττάρων· καὶ δεσπότις ἐνῆν τις αἰδῶς, δι' ἣν δουλεύοντες τοῖς τότε νόμοις ζῆν ἠθέλομεν. καὶ πρὸς τούτοις δὴ τὸ μέγεθος τοῦ εἴλου κατὰ τε γῆν καὶ κατὰ θάλατταν γενόμενον, φόβον ἀπειρον ἐμβαλόν,
- e. δουλειαν ἐτι μείζονα ἐποίησεν ἡμᾶς τοῖς τότε ἀρχουσι καὶ τοῖς νόμοις δουλεύσαι. καὶ διὰ ταῦτα πάνθ' ἡμῖν ξυνέπεσε πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς σφοδρὰ φιλία. σχεδὸν γὰρ δέκα ἔτεσι πρὸ τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας ἀφίκετο Δάτις, Περσικὸν εἴλου ἀγων, πέμψαντος Δαρείου διαρρήδην ἐπὶ τε Ἀθηναίους καὶ Ἐρετριέας, ἐξανδραποδιτάμενον ἀγαγεῖν θάνατον αὐτῷ προειπῶν, μὴ πράξαντι ταῦτα. καὶ ὁ Δάτις τοὺς μὲν
- d. Ἐρετριέας ἐν τινι βραχεῖ χρόνῳ παντάπασι κατὰ κράτος εἴλε μυριάσι συχναῖς· καὶ τινα λόγον εἰς τὴν ἡμετέραν πόλιν ἀφῆκε φοβερόν, ὡς οὐδεὶς Ἐρετριέων αὐτὸν ἀποπεφευγῶς εἴη. συνάψαντες γὰρ ἄρα τὰς χεῖρας, σαυηνεύσαιεν πᾶσαν τὴν Ἐρετρικὴν οἱ ερατιῶται τοῦ Δάτιδος. ὁ δὲ λόγος, εἴτε ἀληθὴς εἴτε καὶ ὅπη ἀφίκετο, τοὺς τε ἄλλους Ἑλλήνας καὶ δὴ καὶ Ἀθηναίους ἐξέπληγτε· καὶ πρεσβευομένοις

erant: pudorque inerat, quasi dominus, cuius causa legibus subiecti vivere volebamus. Praeterea magnitudo terrestrium maritimarumque copiarum usque adeo nos exterruit, ut observantius nos legibus & magistratibus obsequi & obedire coegerit. quibus de causis maior inter nos exorta est benevolentia. Ferme namque decennio ante, quam bellum navale in Salamina gestum fit, Datis ipse, a Dario missus, classem Persicam in Athenienses Eretrienfisque duxit: cui mors a Dario, nisi has gentes ditioni suae subiiceret, est indicta. Datis igitur ipse Eretrienfes brevi tempore innumerabili militum copia penitus expugnavit: terribilisque inde rumor ad urbem pervenit nostram, neminem Eretrienfium effugisse, sed manibus invicem milites iunctis, atque ita universa regione Eretrienfium circumdata, omnes penitus comprehendisse. Hic rumor, seu verus, sive non, cum ceteros Graecos, tum vel maxime Athenienses, perterruit. quibus, cum universam Graeciam passim legationibus missis

αὐτοῖς πανταχόσε βοηθεῖν οὐδεὶς ἤθελε, πλὴν γε Λακεδαι- e.
μονίων. οὗτοι δὲ ὑπὸ τε τοῦ πρὸς Μεσσήνην ὄντος τότε πο-
λέμου, καὶ εἰ δὴ τι διεκώλυεν ἄλλο αὐτοὺς (οὐ γὰρ ἴσμεν
λεγόμενον) ὕπερον δ' οὖν ἀφικουτο τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης
γενομένης μιᾷ ἡμέρᾳ. μετὰ δὲ τοῦτο παρασκευαί τε μεγά-
λαι λεγόμεναι καὶ ἀπειλαὶ ἐφοίτων παρὰ βασιλέως μυρία.
προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου Δαρεῖος μὲν τεθνήσκει ἐλέχθη, νέος
δὲ καὶ σφοδρὸς ὁ υἱὸς αὐτοῦ παρελιχθέναι τὴν ἀρχὴν, καὶ
οὐδαμῶς ἀφίεσθαι τῆς ὀρμῆς. οἱ δὲ Ἴ�θηναῖοι πᾶν τοῦτο p.
ᾤοντο ἐπὶ σφῶς αὐτοῦ παρασκευάζεσθαι, διὰ τὸ Μαραθῶνι 699
γεγόμενον. καὶ ἀκούοντες Ἄθω τε διορυττόμενον, καὶ Ἐλ- a.
λῆσποντον ζευγνόμενον, καὶ τὸ τῶν νεῶν πλῆθος, ἠγγήσαντο
οὔτε κατὰ γῆν σφίσι εἶναι σωτηρίαν, οὔτε κατὰ θάλατ-
ταν. οὔτε γὰρ βοηθήσειν αὐτοῖς οὐδένα, μεμνημένοι ὡς οὐδ'
ὅτε τοπρῶτον ἦλλον καὶ τὰ περὶ Ἐρέτριαν διεπράξαντο,
σφίσι γε οὐδεὶς τότε ἐβελήθησεν, οὐδ' ἐκινδύνευσεν συμμαχό-
μενος. ταυτὸν δὴ προσεδόκων καὶ τότε γενήσεσθαι τόγῃ κα- b.
τὰ γῆν. καὶ κατὰ θάλατταν δ' αὖ, πᾶσαν ἀπορίαν ἐώρων

ad opem ferendam cohortarentur, nemo praeter Lacedaemo-
nios auxiliari voluit. Et isti quidem, seu bello, quod adversus
Messenen gerebant, impediti, sive alia quadam causa, (non
enim scimus) sequenti post pugnam Marathonicam die opitu-
laturi venerunt. Post haec magna in dies parare, multaque mi-
nari rex dicebatur. Interea Darius naturae concessisse nuntia-
tur, ac filius eius, atrox iuvenis, imperium accepisse, nec a
coeptis paternis desistere velle. Cuius apparatus omnes in se
converti Athenienses, propter Marathonicam stragem, crede-
bant. porro audientes, defodi Athon, coniungi Hellepontum,
classis immensam magnitudinem cumulari, nec mari, nec terra
salutem sibi fore putabant: praesertim, quia in nullius praefi-
dio confidebant, quippe qui memoria tenerent, neque tunc,
cum primo illorum ingressu capti Eretrieneses fuerant, quem-
quam sibi opem ferre, & pro eorum salute subire periculum
voluisse. Idem igitur tunc terra sibi eventurum putarunt. mari

- σωτηρίας, νεῶν χιλίων καὶ ἔτι πλεόνων ἐπιφερομένων. μίαν δὴ σωτηρίαν ξυνεβόουν, λεπτήν μὲν καὶ ἄπορον, μόνου δ' οὖν βλέψαντες πρὸς τὸ πρότερον γενόμενον, ὡς ἐξ ἀπόρων ἐφαίνετο γενέσθαι τὸ νικῆσαι μαχομένους. ἐπὶ δὲ τῆς ἐλπίδος ὀχοῦμενοι ταύτης, εὕρισκον καταφυγὴν αὐτοῖς εἰς αὐτοὺς μόνους εἶναι καὶ τοὺς θεούς. ταῦτ' οὖν αὐτοῖς πάντα φιλίαν ἀλλήλων ἐνεποιεῖ, ὁ φόβος ὁ τότε παρών ὁ, τε ἐκ τῶν νόμων τῶν ἔμπροσθεν γεγονώς, ὃν δουλεύοντες τοῖς πρόσθεν νόμοις ἐκέκτητο, ἣν αἰδῶ πολλάκις ἐν τοῖς ἀνω λόγοις εἶπομεν ἢ καὶ δουλεύειν ἔφαμεν δεῖν τοὺς μέλλοντας ἀγαθοὺς ἔσσεσθαι ἧς ὁ δεῖλός ἐλεύθερος καὶ ἀφοβός. ὃν εἰ τότε μὴ δέος ἔλαβεν, οὐκ ἂν ποτε ξυνελθὼν ἡμίνατο, οὐδ' ἡμυεν ἱεροῖς τε καὶ τάφοις καὶ πατρίδι, καὶ τοῖς ἄλλοις οἰκείοις τε ἅμα
- d. καὶ φίλοις, ὡσπερ τότε ἐβοήθησεν ἀλλὰ κατὰ σμικρὰ ἂν ἐν τῷ τότε ἡμῶν ἕκαστος σκεδασθεῖς, ἄλλος ἄλλοσε διεσπάρη. ΜΕΓ. Καὶ μάλα, ὦ ξένη, ὀρθῶς τε εἴρηκας, καὶ σαυτῷ τε καὶ τῇ πατρίδι πρεπόντως. ΑΘ. Ἐσι ταῦτα, ὦ Μέγιλλε.

vero nullam prorsus salutem inveniebant, cum naves plus quam mille adveherentur. Unam vero salutem, quamvis tenuem dubiamque, solummodo videbant. nam cum respicerent, quae antea gesta fuerunt, & quod, desperata salute, tamen vice-runt: hac spe evecti, in se ipsis ac Diis tantum invenerunt sibi refugium fore. Haec igitur omnia eos maiori inter se benevolentia copularunt, praefens, inquam, metus, & qui a legibus iam pridem inerat, quem servientes legibus affecuti sunt. hunc saepe pudorem in superioribus nominavimus: cui servire omnes oportere diximus, quicumque boni futuri sunt: quo quisquis afficitur, liber est & imperterritus. Ac nisi praefens ille metus pudori huic iunctus fuisset, nunquam ex huiusmodi concursione illi provocati & una convenientes, Deorum templa, maiorum sepulcra, patriam ipsam, ceterosque familiares atque amicos, defendissent, ut fecisse narrantur: sed sparsi alius alio abissent. Meg. Probe, hospes, ac sicut te patriamque de-ces, dixisti. Athen. Vera haec sunt, o Megille. nam quae

πρὸς γὰρ σε τὰ ἐν τῷ τότε χρόνῳ γενόμενα, κοινωνὸν τῆ
 τῶν πατέρων γεγονότα φύσει, δίκαιον λέγειν. ἐπισκόπει μὴν
 καὶ σὺ καὶ Κλεινίας εἴτι πρὸς τὴν νομοθεσίαν προσήκοντα
 λέγομεν. οὐ γὰρ μύθων ἕνεκα διεξέρχομαι, οὐ λέγω δ' ἕνεκα. e.
 ὄρατε γὰρ· ἐπειδὴ τινὰ τρόπον ταυτὸν ἡμῖν ξυμβεβήκει πά-
 ρος ὅπερ Πέρσαις, ἐκείνοις μὲν ἐπὶ πᾶσαν δουλείαν ἀγουσι
 τὸν δῆμον, ἡμῖν δ' αὖ τούναντίον ἐπὶ πᾶσαν ἐλευθερίαν προ-
 τρέπουσι τὰ πλήθη. πῶς δὴ καὶ τί λέγωμεν τούντεῦθεν, οἱ
 προγεγονότες ἡμῖν ἔμπροσθεν λόγοι, τρόπον τινὰ καλῶς
 εἰσὶν εἰρημένοι. MEG. Λέγεις εὖ. πειρῶ δ' ἔτι σαφέστερον p:
 ἡμῖν συμῆναι τὸ νῦν λεγόμενον. AΘ. Ἔσχι ταῦτα. οὐκ ἦν, ⁷⁰⁰
 ᾧ Οἰλοῖ, ἡμῖν ἐπὶ τῶν παλαιῶν νόμων ὁ δῆμος τινῶν κύριος,
 ἀλλὰ τρόπον τινὰ ἐκῶν ἐδούλευε τοῖς νόμοις. MEG. Ποίους
 δὴ λέγεις; AΘ. Τοῖς περὶ τὴν μουσικὴν πρῶτον τὴν τότε·
 ἵνα ἐξ ἀρχῆς διέλθωμεν τὴν τοῦ ἐλευθέρου λίσαν ἐπίδοσιν βίου.
 διχημένῃ γὰρ τότε ἦν ἡμῖν ἡ μουσικὴ κατὰ εἶδη τε ἑαυτῆς
 ἄττα καὶ σχήματα· καὶ τι ἦν εἶδος ᾠδῆς, εὐχαὶ πρὸς θεοῦς· b:
 ὄνομα δὲ ὕμνοι ἐπεκαλοῦντο. καὶ τούτῳ δὴ τὸ ἐναντίον ἦν

tunc gesta sunt, ea par est tecum, qui parentum naturam ser-
 vas, referre. sed & tu & Clinias attente considerate, si, quae
 ad legumlationem pertinent, dicimus. neque enim confabulan-
 di gratia haec enarro. cuius autem gratia ista dicam, videte:
 ut scilicet intelligamus, idem nobis ac Persis quodammodo ac-
 cidisse, dum illi quidem in omnem servitutem plebem trahe-
 rent, nos contra in meram libertatem. Quomodo vero & quid
 deinceps dicamus, habita iam verba & commode dicta quo-
 dammodo demonstrant. Meg. Probe loqueris. sed conare, quod
 modo dicebas, apertius eloqui. Athen. Faciam. Non erat, o
 amici, apud nos ex veteribus legibus alicuius rei plebs do-
 mina, sed sponte quodammodo legibus serviebat. Meg. Qui-
 bus legibus? Athen. Illis, inquam, quae de musica positae fue-
 runt: ut, quo pacto libertas haec nimia iam paulatim aucta sit,
 repetamus. Distincta enim nobis tunc per species & figuras
 erat musica. fuitque una species cantus ad Deos precibus pla-

- ᾠδῆς ἕτερον εἶδος· Ψήνους δὲ τίς ἂν αὐτοὺς μάλιστα ἐκάλεσε· καὶ παίωνες, ἕτερον· καὶ ἄλλο, Διονύσου γένεσις, οἶμαι, διθύραμβος λεγόμενος. νόμους τε αὐτὸ τοῦτο τοῦνομα ἐκάλουν, ᾠδὴν ὡς τινα ἑτέραν· ἐπέλεγον δὲ κιθαρωδικούς. τούτων δὲ διατεταγμένων, καὶ ἄλλων τινῶν, οὐκ ἔξῃν ἄλλω
- c. εἰς ἄλλο κατακρηῖσθαι μέλους εἶδος. τὸ δὲ κῦρος τούτων γινῶναι τε, καὶ ἅμα γινόντα δικάσαι, ζημιοῦν τε αὖ τὸν μὴ πειθόμενον, οὐ σύριγξ ἦν, οὐδέ τινες ἄμουσοι βοαὶ πλήθους, καθάπερ τανῦν, οὐδ' αὖ κρότοι ἐπαίνους ἀποδιδόντες· ἀλλὰ τοῖς μὲν γεγυόσι περὶ παιδείουσι, δεδομένον ἀκούειν ἦν αὐτοῖς μετὰ σιγῆς διὰ τέλους· παισὶ δὲ καὶ παιδαγωγοῖς καὶ τῷ πλείω ὄχλῳ, ράβδου κοσμούσης ἢ νομβέτησις ἐγίγνετο.
- d. ταῦτ' οὖν οὕτω τεταγμένως ἤθελεν ἄρχεσθαι τῶν πολιτῶν τὸ πλῆθος, καὶ μὴ τολμᾶν κρίνειν διὰ θυροῦβου. μετὰ δὲ ταῦτα, προϊόντος τοῦ χρόνου, ἄρχοντες μὲν τῆς ἀμούσου παρανομίας, ποιηταὶ ἐγίγνοντο, φύσει μὲν ποιητικοὶ, ἀγνώμονες δὲ περὶ τὸ δίκαιον τῆς μούσης καὶ τὸ νόμιμον, βακχεύοντες,

candos, quos hymnos vocabant. huic altera cantus contraria species. querulos hos cantus quis maxime appellaret. alia species Paeon. alia Dionysi generatio, quam Dithyrambum arbitror appellatam. erat & alia cantus species, quam leges citharoedicas nominabant. His itaque aliisque quibusdam lege statutis, non licebat alio genere cantus pro alio abuti. auctoritas autem cognoscendi haec iudicandique, & damnandi, si quis contra fecisset, nec sibilo, nec ineptis clamoribus multitudinis, ut modo, tribuebatur: nec rursus laudandi licentia plaudenti strepentiue turbae, sed praestantibus doctrina viris, erat concessa: dabaturque ipsis ad finem usque magno cum silentio audire. adolescentes autem, paedagogi, & plebs universa castigatione virgae admonebantur. Haec cum ita ordine fierent, multitudo civium libenter parebat, nec audebat tumultuose quidquam iudicare. Tempore deinde procedente auctores quidem transgressionis a musica alienae, poetae ipsi fuerunt: qui ingenio quidem valebant, sed, quod iustum atque legitimum

καὶ μᾶλλον τοῦ δέουτος κατεχόμενοι ὑφ' ἡδονῆς κεραινού-
 τες δὲ Ξρήνους τε ὕμνοις, καὶ παίκους διθυράμβοις· καὶ αὐ-
 λωδίας δὴ ταῖς κιθαρωδίαις μιμούμενοι, καὶ πάντα εἰς πᾶν-
 τα ξυνάγοντες, μουσικῆς ἀκοντες ὑπ' ἀνοίας καταψευδό-
 μνοι ὡς ὀρθότητα μὲν οὐκ ἔχει οὐδ' ἠγνιστῶν μουσικῆ, c.
 ἡδονῆ δὲ τῆ τοῦ χαίροντος, εἴτε βελτίων εἴτε χείρων ἂν
 εἴη τις, κρίνοιτο ὀρθότατα. τοιαῦτα δὴ ποιοῦντες ποιήμα-
 τα, λόγους τε ἐπιλέγοντες τοιοῦτους, τοῖς πολλοῖς ἐπέθεσαν
 παρανομίαν εἰς τὴν μουσικὴν, καὶ τόλμαν, ὡς ἱκανοῖς οὖσι
 κρίνειν. ὅθεν δὴ τὰ θεάτρα ἐξ ἀφάνων φωνήεντα ἐγένον-
 το, ὡς ἐπαύοντα ἐν Μούσαις τό, τε καλὸν καὶ μῆ. καὶ ἀντὶ P.
 ἀριστοκρατίας ἐν αὐτῇ δεατροκρατία τις πονηρὰ γέγονεν. 701
 εἰ γὰρ δὴ καὶ δημοκρατία ἐν αὐτῇ τις μόνον ἐγένετο ἐλευ- a.
 θέρων ἀνδρῶν, οὐδὲν ἀν' ἅπαν γε δεινὸν ἦν τὸ γεγυός· νῦν
 δὲ ἤρξε μὲν ἡμῶν ἐκ μουσικῆς ἢ πάντων εἰς πάντα σο-
 φίας δόξα καὶ παρανομία, ξυνεφέσπετο δὲ ἐλευθερία. ἀφοβοί

in musica esset, non satis observabant, debacchantes utique,
 & voluptati magis, quam oportuerit, indulgentes. hi sane &
 lugubria hymnis, & dithyrambis paeonas coniunxerunt, tibia-
 rumque sonos & cantus citharae cantibus imitati sunt, omni-
 bus omnia commiscentes. qui & imprudentes ob inscitiam
 contra musicam mentiti sunt, afferentes, eam quidem nullam
 rectam in se normam habere: sed audientis voluptate, sive
 probus ille vir sit, seu contra, rectissime iudicari. Cum igitur
 huiusmodi poemata componerent, & talia vulgo dicerent,
 iniquum adeo & audax adversus musicam vulgus hominum
 reddiderunt, ut se plane posse sententiam de musica ferre cre-
 deret. hinc theatra frequenter exclamare coeperunt, cum filere
 antea consuevissent, quasi quid pulchrum in Musis, quid non,
 acute sentirent: atque ita ex optimatum potestate, in pravam
 theatri potentiam res ipsa defiluit. Si enim popularis potentia
 solum liberorum hominum exstitisset, nullum utique magnum
 incommodum fuisset. nunc autem ex musica nobis incepit
 omnium ad omnia opinio sapientiae, praevaricatioque secuta

- γὰρ ἐγίνοντο, ὡς εἰδότες ἢ δὲ ἀδεια ἀναισχυντίαν ἐνέτεκε!
- b. τὸ γὰρ τὴν τοῦ βελτίονος δόξαν μὴ φοβείσθαι, διὰ θράσος, τοῦτ' αὐτὸ ἐστὶ σχεδὸν ἢ πονηρὰ ἀναισχυντία, διὰ δὲ τίνος ἐλευθερίας λίαν ἀποτετολμημένης. MEG. Ἀληθέστατα λέγεις. ATH. Ἐφεξῆς δὴ ταύτῃ τῇ ἐλευθερίᾳ ἢ τοῦ μὴ ἐθέλειν τοῖς ἄρχουσι δουλεύειν γίνονται ἂν καὶ ἐπομένη ταύτῃ, Φεύγειν πατρός καὶ μητρός καὶ πρεσβυτέρων δουλείαν καὶ νοθεύειν. καὶ ἐγγύς τοῦ τέλους οὔσι, νόμων ζητεῖν μὴ
- c. ὑψηλοῖς εἶναι. πρὸς αὐτῶ δὲ ἤδη τῷ τέλει, ὄρων καὶ πίψεων καὶ τοπαράπαν δεῶν μὴ φροντίζειν, τὴν λεγομένην παλαιὰν Τιτανικὴν φύσιν ἐπιδεικνύειν καὶ μιμουμένοις ἐπὶ τὰ αὐτὰ πάλιν ἐκεῖνα ἀφικομένους, χαλεπὸν αἰῶνα διάγοντας, μὴ λῆξαι ποτὲ κακῶν. τίνος δὲ καὶ ταῦθ' ἡμῖν αὖ χάριν ἐλέχθη; δεῖν φαίνεται ἔμοιγε, οἶόν περ ἵππον, τὸν λόγον ἐκάστοτε ἀναλαμβάνειν καὶ μὴ, καθάπερ ἀχάλινον κεκτημένον τὸ ζῶμα, βία ὑπὸ τοῦ λόγου φερόμενον, κατὰ τὴν παροιμίαν,
- d. ἀπὸ τίνος ὄνου πεσεῖν ἀλλ' ἐπανερωτᾶν τὸ νῦν δὴ λεχθὲν, τὸ, τίνος δὲ χάριν ἕνεκα ταῦτα ἐλέχθη. MEG. Καλῶς.

est, & libertas, intrepidi enim erant, quasi scientes: haec licentia impudentiam peperit. nempe si melioris opinio propter audaciam non timetur, id ipsum paene perniciofa est impudentia, quae a libertate quadam temeraria proficiscitur. Meg. Verissima loqueris. Athen. Hanc libertatem ea licentia sequitur, quae facit, ne magistratibus subesse velimus. ex hac originem habet & illa, per quam patris matrisque, & seniorum fervitutum & praecepta contemnimus. cumque prope transgressionis huius extremum sumus, legibus quoque parere recusamus. in ipso autem extremo, iusiurandum, fidem, & omnino Deos negligimus. unde ad priscam illam Titanicamque revoluti naturam, eadem illa iterum patiemur, duraque secula rursus degemus, nec malorum finem ullum reperiemus. Sed cur haec nobis dicta sunt? mihi videtur sermo, velut equus, undiquaque restringendus; ne, tanquam os habens effrene, impetu abreptus, ab asino, iuxta proverbium, excidat. Interrogandum est

ΑΘ. Ταῦτα τοίνυν εἶρηται ἐκείνων ἕνεκα. ΜΕΓ. Τίνων ;
 ΑΘ. Ἐλέξαμεν ὡς τὸν νομοθέτην δεῖ τριῶν σοχαζόμενον νο-
 μοθετεῖν ὅπως ἡ νομοθετουμένη πόλις ἐλευθέρα τε ἔσαι καὶ
 φίλη ἑαυτῇ, καὶ νοῦν ἔξει. ταῦτ' ἦν. ἢ γάρ; ΜΕΓ. Πάνυ
 μὲν οὔν. ΑΘ. Τούτων ἕνεκα δὴ πολιτείας τὴν τε δεσποτι-
 κωτάτην προελόμενοι καὶ τὴν ἐλευθερικωτάτην, ἐπεσκοποῦ-
 μεν νυνὶ ποτέρω τούτων ὀρθῶς πολιτεύεται. λαβόντες δὲ αὐ-
 τῶν ἑκατέρω μετριότητα τινὰ, τῶν μὲν, τοῦ δεσπόμενου, τῶν
 δὲ, τοῦ ἐλευθεριώτατου, κατείδομεν ὅτι τότε διαφερόντως ἐν αὐ-
 ταῖς ἐγένετο εὐπραγία· ἐπὶ δὲ τὸ ἄκρον ἀγαγόντων ἑκατέ-
 ρων, τῶν μὲν, δουλείας, τῶν δὲ, τούναντίου, οὐ συνήνεγκεν
 οὔτε τοῖς, οὔτε τοῖς. ΜΕΓ. Ἀληθέςατα λέγεις. ΑΘ. Καὶ
 μὴν αὐτῶν γε ἕνεκα καὶ τὸ Δωρικὸν ἔθεασάμεθα κατοικιζό-
 μενον στρατόπεδον, καὶ τὰς τοῦ Δαρδάνου ὑπωρείας τε καὶ
 τὴν ἐπὶ θαλάττῃ κατοίκισιν· καὶ τοὺς πρώτους δὴ τοὺς περι-
 λιπεῖς γενομένους τῆς Φθόριος· ἔτι δὲ τοὺς ἔμπροσθεν τούτων
 γενομένους ἡμῖν λόγους περὶ τε μουσικῆς καὶ μέθης, καὶ τὰ

P.
762
a.

igitur, cuius causa haec dicta sunt. Meg. Est utique. Athen. Haec ergo illorum gratia diximus. Meg. Quorum? Athen. Diximus nempe, ad tria quaedam esse latori legum respiciendum, ut civitas, quae legibus instituitur, libera sit, sibi ipsi amica, & mentem habeat. haec dicta sunt, an non? Meg. Dicta profus. Athen. Propterea duas gubernationum species in medium adduximus: unam, in qua arctissima servitus; alteram, in qua resoluta libertas: consideravimusque, utra recte gubernaretur. Perspeximus autem, mediocritate alteri dominandi, alteri libertatis addita, feliciter nimium utrasque se habuisse: infeliciter vero, cum servitus in altera, in altera libertas ad extremum usque pervasit. Meg. Vera narras. Athen. Atqui huius quoque ipsius gratia Dorici exercitus constitutionem consideravimus, & radices montium Dardani, habitationemque maritimam, primos praeterea illos, qui a vastitate diluvii relicti fuerant: horumque causa de musica, de ebrietate, deque prioribus etiam, habita nobis oratio est. haec enim omnia ob

- τούτων ἔτι πρότερα. ταῦτα γὰρ πάντα εἶρηται τοῦ κατιδαῖν
 ἔνεκα πῶς ποτ' ἂν πόλις ἀριστα οἰκίη, καὶ ἰδίᾳ πῶς ἂν τις
- b. βέλτιστα τὸν αὐτοῦ βίον διαγάγοι. εἰ δὲ δὴ τι πεποιθήκαμεν
 προὔργου, τίς ποτ' ἂν ἔλεγχος γίγνοιτο ἡμῖν πρὸς ὑμᾶς αὐ-
 τοὺς λεχθεῖς, ὦ Μέγιλλέ τε καὶ Κλεινία; ΚΛ. Ἐγὼ τίς,
 ὦ ξένη, μοὶ δοκῶ κατανοεῖν. ἔοικε κατὰ τύχην τιὰ ἡμῖν
 τὰ τῶν λόγων τούτων πάντων ὧν διεξήλομεν γεγεμέναι.
 σχεδὸν γὰρ εἰς χρεῖαν αὐτῶν ἔγωγ' ἐλήλυθα ταυῖν, καὶ κα-
 τά τινα αὐτῶν οὐδὲν σὺ τε παραγέγονας ἄμικ καὶ Μέγιλλος
- c. ὁδε. οὐ γὰρ ἀποκρύφομαι σφω τὸ νῦν ἐμοὶ ξυμβαῖνον ἀλλὰ
 καὶ πρὸς οἰωνόν τινα ποιουμαι. ἢ γὰρ πλείστη τῆς Κρήτης
 ἐπιχειρεῖ τίνα ἀποικίαν ποιήσασθαι, καὶ προστάττει τοῖς
 Κνωσίοις ἐπιμελεσθῆναι τοῦ πράγματος· ἢ δὲ τῶν Κνωσ-
 σίων πόλις ἐμοὶ τε καὶ ἄλλοις ἐγγεῖα ἄμικ δὲ καὶ νόμους
 τῶν τε αὐτόθι, εἴ τινες ἡμᾶς ἀρέσουσι, τιθεσθαι κελεύει καὶ
 εἴ τινες ἐτέρωθεν, μηδὲν ὑπολογιζομένους τὸ ξενικὸν αὐτῶν,
 ἂν βελτίους φαίνωνται. νῦν οὖν ἐμοὶ τε καὶ ὑμῖν ταύτην
- d. δῶμεν χάριν, ἐκ τῶν εἰρημέων ἐκλέξαντες, τῷ λόγῳ συζη-

eam causam dicta sunt, ut intelligamus, quomodo optime gu-
 bernari civitas possit, & quo pacto privatim quisque optime
 suam vitam disponat. Si vero quidquam operae pretii fecimus,
 quaenam nobis ipsis adversus nos, o Megille & Clinia, redar-
 gutio erit? *Cli.* Ego mihi, hospes, videre quaedam videor.
 Peropportune superiora omnia nobis dicta videntur. his enim
 ego quodammodo indigebam: commodumque ambo, tu, dico,
 & Megillus hic, me reperistis. neque celabo vos, quod mihi
 accidit. quasi enim augurio his sermonibus confirmatus sum.
 Maxima profecto Cretensium pars coloniam deducere quan-
 dam cogitat, ac Gnoffis eius rei curam committit. Gnoffiorum
 vero civitas mihi, aliisque novem viris, id mandat curandum.
 leges autem ponere iubet, & quae nobis ex Cretensibus pla-
 ceant, & quae aliunde colligi possint: edicitque nobis, ne
 peregrinas leges horreamus, modo probentur. Nunc igitur &
 mihi & vobis hanc gratiam praebeamus: collectis undique le-

σώμεθα πόλιν, ὅσον ἐξ ἀρχῆς κατοικίζοντες. καὶ ἅμα μὲν ἡμῖν οὗ ζητοῦμεν ἐπίσκεψις γενήσεται ἅμα δ' ἐγὼ τάχ' ἀν-
 χρησίμην εἰς τὴν μέλλουσαν πόλιν ταύτη τῇ συζάσει. ΑΘ.
 Οὐ πόλεμον γε ἐπαγγέλλεις, ὦ Κλεινία· ἀλλ' εἰ μή τι
 Μεγίλλῳ πρόσαντες, τὰ παρ' ἐμοῦ γε ἡγοῦ σοὶ πάντα κα-
 τὰ νοῦν ὑπάρχειν εἰς δύναμιν. ΚΛ. Εὖ λέγεις. ΜΕΓ. Καὶ
 μὴν καὶ τὰ παρ' ἐμοῦ. ΚΛ. Κάλλιζα εἰρήματον. ἀτὰρ πει- C.
 ρώμεθα λόγῳ πρῶτον κατοικίζειν τὴν πόλιν.

gibus, oratione condamus ab initio civitatem. sic enim & il-
 lud, quod a nobis quaeritur, diligentius considerabitur, & mihi
 forsitan disputatio haec ad futurae civitatis constitutionem con-
 feret. *Athen.* Non bellum indicis, o Clinia. quare, nisi id Me-
 gillo incommodum, mea quidem pro viribus tibi parata sunt.
Cli. Probe dicis. *Meg.* Ego quoque paratus sum. *Cli.* Opti-
 me ambo dixistis. quare conandum est primum oratione ci-
 vitatem condere.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ
 ΝΟΜΩΝ
 Η
 ΠΕΡΙ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΣ
 ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

PLATONIS
 DE LEGIBUS
 SIVE
 DE LEGUM INSTITUTIONE
 DIALOGUS QUARTUS.

ARGUMENTUM.

Pergit in explicanda praefatione, quam ad quinti dialogi paene medium persequitur. Ut autem veram constantemque Reipublicae ὑπαρξιν repraesentaret, de industria coloniam quandam in agro Cretensi sibi proponit, ad quam legibus exornandam leges eae, quas tradit, accommodari queant. In summa praefationis illius, quam ab ipso disputationis initio instituit, illustria quaedam capita explicat in hoc dialogo: nimirum, De situ civitatis opportuno (maritimum autem non probat, ut commerciorum versutiis magis expositum:) De quaerendarum

sedum occasionibus : De reipublicae forma, & de Dei ac parentum cultu. Tractat etiam praeclarissimos locos, De legum vi & auctoritate : De praesationum ante legitimam principemque legum constitutionem necessitate, & quibus illae regulis debeant circumscribi.

ΦΕΡΕ δὴ, τίνα δεῖ διανοηθῆναι ποτὲ τὴν πόλιν ἔσεσθαι; λέγω δὲ, οὔτι τοῦνομα αὐτῆς ἐρωτῶν ὃ, τι ποτ' ἐστὶ τανῦν, οὐδ' εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ὃ, τι δεήσει κελεῖν αὐτήν (τοῦτο μὲν γὰρ τάχ' ἂν ἴσως καὶ ὁ κατοικισμὸς αὐτῆς, ἢ τις τόπος, ἢ ποταμοῦ τιος, ἢ κρήνης, ἢ θεῶν ἐπωνυμία τῶν ἐν τῷ τόπῳ προσδεῖη τὴν αὐτῶν φήμην καὶ ἡ γενόμενῃ τῇ πόλει) τὸδε δὲ περὶ αὐτῆς ἐστὶν ὃ βουλόμενος μάλλον ἐπερωτῶ, πότερον ἐπιθαλαττιδὸς ἔσαι τις, ἢ χερσαία. **ΚΛ.** Σχεδὸν, ὦ ξένη, ἀπέχει θαλάττης γε ἢ πόλις ἣς πέρι τὰ νῦν δὴ λεχθέντα ἡμῖν, εἰς τινὰς ὁδοήκοντα σταδίους. **ΑΘ.** Τί δέ; λιμένες ἄρ' εἰσὶ κατὰ ταῦτα αὐτῆς; ἢ τοπαράπαν ἀλίμενος; **ΚΛ.** Εὐλίμενος μὲν οὖν ἐστὶ ταύτη γε ὡς δυνατὸν ἐστὶ μάλις, ὦ ξένη. **ΑΘ.** Παπαί, οἷον λέγεις; τί δέ; περὶ αὐτὴν ἢ χώρα, πότερον πάμφορος, ἢ καὶ τινῶν ἐπι-

AGE iam, quamnam fore civitatem cogitare debemus? neque vero nunc de praesenti eius nomine, aut de futuro interrogo. (id enim forsitan aut ipsa coloniae deductio dabit, aut locus, vel etiam fluvii, aut fontis, aut Deorum, qui in ea regione sunt, alicuius cognomentum, civitati novae fama sua nomen imponet.) sed illud potius quaero, utrum maritima erit, an mediterranea? *Cli.* Distat fere, hospes, a mari haec, de qua loquimur, civitas, stadiis octoginta. *Athen.* Portus vero suntne prope? an mare illud penitus est importuosum? *Cli.* Portuosa est, o hospes, ea regio, quam maxime fieri potest. *Athen.* Papae, quid ais? ager autem ille fert omnia? an aliquorum indigus? *Cli.* Fert paene omnia. *Athen.* Civitas vero

Plat. Oper. Vol. VIII. **L**

- δεής; ΚΛ. Σχεδὸν οὐδενὸς ἐπιδεής. ΑΘ. Γείτων δὲ αὐτῆς πόλις ἄρ' ἔσαι τις πλησίον; ΚΛ. Οὐ πάνυ. διὸ καὶ κατοικίζεται. παλαιὰ γάρ τις ἐξοικισίς ἐν τῷ τόπῳ γενομένη τὴν χώραν ταύτην ἔρημον ἀπείργασαι χρόνον ἀμήχανον ὅσον.
- ΑΘ. Τί δ' αὖ πεδίων τε καὶ ὄρων καὶ ὕλης πῶς μέρος ἐκάστων ἡμῶν εἶληχε; ΚΛ. Προσέοικε τῇ τῆς ἄλλης Κρήτης φύσει ὅλη. ΑΘ. Τραχυτέραν αὐτὴν ἢ πεδινωτέραν ἂν λέγοις. ΚΛ. Πάνυ μὲν οὔν. ΑΘ. Οὐ τοίνυν ἀνίατός γε ἂν εἴη πρὸς ἀρετῆς κτῆσιν. εἰ μὲν γὰρ ἐπιθαλαττία τε ἔμελλεν εἶναι καὶ εὐλίμενος καὶ μὴ πάμφορος, ἀλλ' ἐπιδεής πολλῶν, μεγάλου τινὸς ἔδει σωτήρός τε αὐτῇ, καὶ νομοθετῶν θεῶν τινῶν, εἰ μὴ πολλά τε ἔμελλεν ἦθι καὶ ποικίλα καὶ φαῦλα ἔξειν, τοιαύτη φύσει γενομένη νῦν δὲ παραμύθιον ἔχει τὸ τῶν ὀγδοήκοντα σαδίων. ἐγγύτερον μέντοι τοῦ δέοντος κείται τῆς θαλάττης σχεδὸν, ὅσον εὐλιμενωτέραν αὐτὴν φῆς εἶναι.
- ρ. ὅμως δὲ ἀγαπητὸν καὶ τοῦτο. πρόσκομος γὰρ θαλάττα χώρα, τὸ μὲν παρ' ἐκάστην ἡμέραν ἡδύ, μάλα γε μὴν ὄντως ἀλμυ-
- 705
α.

aliquane illi proxima? *Cli.* Non valde: atque idcirco habitatores illuc conducere cogitamus. prisca enim quadam hominum inde facta propulsione, magno temporis spatio iacet regio desolata. *Athen.* Quod ad campos autem montesque, & silvas pertinet, quo pacto disposita est? *Cli.* Similis est reliquae totius Cretae naturae. *Athen.* Asperam igitur ipsam potius & silvestrem, quam campestem, esse dicis? *Cli.* Aio eundem. *Athen.* Non est igitur ad acquirendam virtutem incommoda. nam si mari proxima esset & portuosa, nec ferret omnia, sed multarum rerum egeret, maximo sibi salutis fundatore opus esset, divinisque legumlatoribus, ne multos ac varios mores, simulque pravos, huiusmodi regionis natura contraheret. Nunc vero iuvat, quia stadiis octoginta remota est a mari: propinquior certe, quam oportet, mari, eo ferme, quod portuosior est, ut ais. satis tamen & hoc esse videtur. Profecto mare civitati proximum quotidiana quadam iucunditate eam afficit. veruntamen vicinitas ea nimium revera falsa est

ρὸν καὶ πικρὸν γειτόνημα. ἐμπορίας γὰρ καὶ χρηματισμοῦ
 διὰ καπηλείας ἐμπιπλάσσα ἑαυτήν, ἤθη παλίμθορα καὶ ἀπίστα
 ταῖς ψυχαῖς ἐντίκτουσα, αὐτὴν τε πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν
 ἀπίστον καὶ ἀφίλον ποιεῖ, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους
 ἀσχύτως. παραμύθιον δὲ δὴ πρὸς ταῦτα καὶ τὸ πάμφορος
 εἶναι κέκτηται. τραχεῖα δὲ οὔσα δῆλον ὡς οὐκ ἂν πολύφο- b.
 ρός τε εἶη καὶ πάμφορος ἅμα. τοῦτο γὰρ ἔχουσα, πολλὴν
 ἐξαγωγὴν ἂν παρεχομένη, νομισματός ἀργύρου καὶ χρυσοῦ
 πάλιν ἀντετίμπλατ' ἂν οὔ μείζον κακόν, ὡς ἔπος εἰπεῖν,
 πόλει ἀνθ' ἑνὸς ἔν ουδὲν ἂν γίγνοιτο εἰς γενναίων καὶ δι-
 καίων ἠθῶν κτῆσιν, ὡς ἔφαμεν (εἰ μεμνήμεθα) ἐν τοῖς πρό-
 σθεν λόγοις. ΚΛ. Ἀλλὰ μεμνήμεθα καὶ συγχωροῦμεν
 τότε λέγειν ἡμᾶς ὀρθῶς καὶ ταυῶν. ΑΘ. Τί δὲ δὴ; ναυπη- c.
 γησίμης ὕλης ὁ τόπος ἡμῶν τῆς χώρας πῶς ἔχει; ΚΛ. Οὐκ
 ἔστι οὔτε τις ἐλάττη λόγου ἀξία, οὔτ' αὖ πεύκη κηπάριττός
 τε οὐ πολλή· πίτυν τ' αὖ καὶ πλάτανον ὀλίγην ἂν εὔροι τις·
 οἷς δὴ πρὸς τὰ τῶν ἐντὸς τῶν πλοίων μέρη ἀναγκαῖον τοῖς
 ναυπηγοῖς χρῆσθαι ἐκάστοτε. ΑΘ. Καὶ ταῦτα οὐκ ἂν κακῶς

atque amara. nam cum mercibus & pecuniis cauponando ci-
 vitas repleatur, dolosi animi instabiles & infidos mores parit:
 unde parum & ipsa ad se ipsam, & ad gentes alias fidem &
 amicitiam colit. Adversus haec tamen illud habet remedium,
 quod omnia fert. cumque silvosa sit & aspera, licet omnia
 ferat, non tamen abunde omnia. nam si esset ad omnia ferax
 atque foecunda, multum auri atque argenti ex emissionem rerum
 colligeret. qua una re nihil, ut breviter dicam, perniciosius
 est, si unum uni conferas ad generosos iustosque mores, ut in
 superioribus quoque, si recordamur, est dictum. *Cli.* Recor-
 damur quidem: & illa tunc, & nunc ista recte dicta concedi-
 mus. *Athen.* Materia vero ad fabricandas naves nunquid illic
 abundat? *Cli.* Neque illic abies est mentione digna, nec arbor
 picea: cupressi item copia parva: pinumque & platanum illic
 raram invenies: quibus necessario fabri navium ad interiores
 navium partes utuntur. *Athen.* Atque in his etiam non male

- ἔχοι τῆ χώρα τῆς φύσεως. ΚΛ. Τί δὴ; ΛΘ. Μιμήσεις
 d. πονηρὰς μιμεῖσθαι τοὺς πολεμίους μὴ βραδίως δύνασθαι τινὰ πόλιν, ἀγαθόν. ΚΛ. Εἰς δὴ τί τῶν εἰρημένων βλέψας, εἶπες ὁ λέγεις; ΛΘ. ὦ δαιμόνιε, φύλαττέ με, εἰς τὸ κατ' ἀρχαῖς εἰρημένον ἀποβλέπων, τὸ περὶ τῶν Κρητικῶν νόμων, ὡς πρὸς ἐν τι βλέποισιν. καὶ δὴ καὶ τοῦτ' ἐλέγετο αὐτὸ εἶναι σφῶ τὸ πρὸς τὸν πόλεμον. ἐγὼ δὲ ὑπολαβὼν εἶπον ὡς ὅτι μὲν εἰς ἀρετὴν ποι βλέποι τὰ τοιαῦτα νόμιμα κείμενα, καλῶς ἔχοι τὸ δ' ὅτι πρὸς μέρος, ἀλλ' οὐ πρὸς πᾶσαν, σχεδὸν οὐ πάνυ
 e. συνεχώρου. νῦν οὖν ὑμεῖς μοι τῆς παρουσίας νομοθεσίας ἀντιφυλάξατε ἐπόμενοι ἕαν ἄρα τί μὴ πρὸς ἀρετὴν τείνου, ἢ πρὸς ἀρετῆς μόριον, νομοθετῶ. τοῦτον γὰρ δὴ τίθεσθαι τὸν νόμον ὀρθῶς ὑποτίθεμαι μόνον, ὃς ἂν δίκην τοξότου ἐκάσποτε
 p. σοχάζεται τούτου, ὅτῳ ἂν συνεχῶς τούτων τῶν ἀεὶ καλῶν
 7^o6
 a. τι ξυνέπηται μόνῳ· τὰ δὲ ἄλλα ξύμπαντα παραλείπη, ἕαν τέ τις πλοῦτος, ἕαν τε ἄρα τί τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ὄν τυγχάνῃ, ἄνευ τῶν προειρημένων. τὴν δὲ δὴ μίμησιν ἔλεγον

se habet regionis ipsius natura. *Cli.* Quid ita? *Athen.* Quoniam operae pretium est, ut civitas facile imitari hostes improba imitatione non possit. *Cli.* Cuiusnam supra dictorum potissimum gratia ista dicis? *Athen.* Observa me, vir praeclare. nempe illius gratia, quod est ab initio de Cretenesium legibus dictum, quas vos ad unum aliquid, id est, bellum respicere dicebatis. eas ego, quoniam ad virtutem quodammodo referrentur, probe positas esse dixi: quoniam vero non ad universam, sed ad virtutis partem ferme, equidem non valde laudabam. Nunc igitur me quoque vos in praesenti legumlatione diligenter observate, si quid aut quod ad virtutem non pertineat, aut quod ad partem solummodo, legibus sancio. Eum quippe solum recte ferre leges existimo, qui veluti sagittarius illuc animum semper intendit, unde continuo aliquid semperque sequatur eorum, quae bona sunt: cetera vero relinquit, sive divitias, seu huiusmodi aliud, quod a virtutibus sit separatum. Imitationem vero hostium improbam tunc fieri dicebam, cum iuxta

τὴν τῶν πολεμίων τὴν κακίην, τοιάνδε γίνεσθαι, ὅταν οἰκῆ
 μὲν τις πρὸς θάλαττη, λυπῆται δ' ὑπὸ πολεμίων οἷον Φράσω
 γὰρ, οὔτι μνησικακεῖν βουλόμενος ὑμῖν Μίνως γὰρ δὴ ποτε
 τοὺς οἰκοῦντας τὴν Ἀττικὴν παρεσήσατο εἰς χαλεπὴν τινα
 Φορὰν δαυμοῦ, δύναμιν πολλὴν κατὰ θάλατταν κεκτημένος. b.
 αἱ δ' οὔτε πω πλοῖα ἐκέκτηντο, καθάπερ νῦν, πολεμικὰ οὔτ'
 αὖ τὴν χώραν πλήρη ναυπηγησίων ξύλων, ὥστ' εὐμαρῶς
 ναυτικὴν παρεσχέσθαι δύναμιν. οὐκ οὖν οἷοίτ' ἐγένοντο διὰ
 μιμήσεως ναυτικῆς αὐτοὶ ναῦται γενόμενοι, εὐθὺς τότε τοὺς
 πολεμίους ἀμύνασθαι. ἔτι γὰρ ἂν πλεονάκεις ἑπτὰ ἀπολέσαι
 παιῖδας αὐτοῖς συνήνεγκε, πρὶν ἀπὶ πεζῶν ἑπλιτῶν νομίμων,
 ναυτικοῦς γενομένους, ἐπισθῆναι, πυκνὰ ἀποπηδῶντας ἄρο- c.
 μικῶς εἰς τὰς ναῦς, ταχὺ πάλιν ἀποχωρεῖν, καὶ δοκεῖν μη-
 δὲν αἰσχρὰν ποιεῖν, μὴ τολμῶντας ἀποθνήσκειν, μένοντας
 ἐπιφερομένων πολεμίων ἀλλ' εἰκαίαις αὐτοῖς γίνεσθαι προ-
 φάσεις καὶ σφόδρα ἐτοίμας, ὅπλα τε ἀπολλῦσι, καὶ Φεύγουσι
 δὴ τινὰς οὐκ αἰσχρὰς, ὡς Φασι, Φυγάς. ταῦτα γὰρ ἐκ ναυ-
 τικῆς ἑπλιτείας ῥήματα Φασι ξυμβαίνειν, οὐκ ἄξια ἐπαίνων

mare quispiam habitans, laedatur ab hostibus. Quale illud fuit,
 dicam enim: non tamen praeteritae iniuriae commemoran-
 dae studio. Minos olim, navali copia fretus, crudele Atticae
 tributum imposuit. Athenienses vero nondum naves, ut nunc,
 ad bellum paratas habebant: nec illa in regione arborum co-
 pia erat, unde naves facile fabricarentur. Quare non potuerunt,
 rerum imitatione navalium ipsi quoque nautae facti, statim
 hostes tunc suos ulcisci. meliusque secum actum esset, si fae-
 pius septem adolescentes amisissent, quam, quod illis accidit,
 perpeti. nam pro terrestribus firmisque copiis navales factae,
 consueverunt cursum naves infilire, ac cito decedere, nihil tur-
 pe facere arbitrantes, si minus audeant hostium impetum ex-
 spectare, ac mori: sed praetextum habent levem, ut armis
 amissis, minime, ut aiunt, turpiter fugiant. Huiusmodi vero
 ex navali bello voces audire contingit, non laudibus ingenti-
 bus, sed vituperatione summo opere dignas. nunquam enim

d. πολλάκις μυρίων, ἀλλὰ τούναντίον. ἔθῃ γὰρ πονηρὰ οὐδέποτε ἐθίζειν δεῖ, καὶ ταῦτα, τὸ τῶν πολιτῶν βέλτιστον μέρος. ἦν δέ που τοῦτό γε καὶ παρ' Ὀμήρου λαβεῖν, ὅτι τὸ ἐπιτήδευμα ἦν τὸ τοιοῦτον οὐ καλόν. Ὀδυσσεὺς γὰρ αὐτῷ λοιδορεῖ τὸν Ἀγαμέμνονα, τῶν Ἀχαιῶν τότε ὑπὸ τῶν Τρώων κατεχομένων τῆ μάχῃ, κελεύοντα τὰς ναῦς εἰς τὴν θάλατταν καθέλκειν. ὁ δὲ χαλεπαίνει τε αὐτῷ, καὶ λέγει,

Ὅς κέλευαι, πολέμοιο συνεσαότος καὶ αὐτῆς,

e. Νῆας εὐσέλμους ἀλαδ' ἔλκειν ὄφρ' ἔτι μᾶλλον
 Τρωσὶ μὲν εὐκτὰ γένηται, ἐλδομένοισι περ ἔμπης,
 Ἥμῃν δ' αἰπὺς ὄλεθρος ἐπιρρέπη. οὐ γὰρ Ἀχαιοὶ
 Σχίσουσιν πολέμου νηῶν ἀλαδ' ἔλκομενάων,
 Ἀλλὰ ἀποπτανέουσιν, ἐρωήσουσι δὲ χάρμης.

p. Ἐνθά κε σὴ βουλή δηλήσεται. οἱ ἄγορεύεις.

707 a. Ταῦτ' οὖν ἐγίγνωσκε καὶ ἐκεῖνος, ὅτι κακὸν ἐν θαλάττῃ τριήρεις ὀπλίταις παρεσῶσαι μαχομένοις· καὶ λέοντες ἂν ἐλάφους ἐπισθεῖεν φεύγειν, τοιοῦτοις ἔθεσι χρώμενοι. πρὸς δὲ τούτοις, αἱ διὰ τὰ ναυτικὰ πόλεων δυνάμεις ἅμα σωτηρία τιμὰς οὐ τῷ καλλίῳ τῶν πολεμικῶν ἀποδιδάσκει. διὰ

malis moribus, praesertim optimam civium partem, affuefacere decet. Apud Homerum navium refugium hoc reprobatum videtur. Ulysses namque Agamemnonem reprehendit, qui, proelio Graecis apud Troianos occupatis, naves in mare deducere iubebat. quod moleste ferens Ulysses ait: *An iubes, instante belli turbine, bene tabularis instructas naves in altum deducere, ut Troianis ad votum cuncta succedant, nos autem perniciose strages cladesque sequatur? Neque enim gravi sese pugnae committerent, cum naves mari ad fugam paratas aspiciant: sed, neglecto bello, cedent, atque inde volabunt. Ubi quale hoc consilium tuum fuerit, apparebit.* Patet igitur, Homerum quoque sensisse, obesse triremes ad pugnantium fugam paratas. quippe vel leones, his moribus usi, cervos fugere consuescerent. Praeterea civitatum potentiae, quae navalibus copiis fretae salutem consequuntur, honores optimae bellicarum rerum parti haudqua-

κυβερνητικῆς γὰρ καὶ πεντηκονταρχίας, καὶ ἑρετικῆς παντοδαπῶν καὶ οὐ πάνυ σπουδαίων ἀνθρώπων γιγνομένης, τὰς β. τιμὰς ἐκάστῳ οὐκ ἂν δύναίτο ὀρθῶς ἀποδιδόναι τις. καίτοι πῶς ἂν ἐτι πολιτεία γίγνοιτο ὀρθή, τούτου φερομένη; ΚΛ. Σχεδὸν ἀδύνατον. ἀλλὰ μὴν, ὦ ξένη, τὴν γε περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίαν τῶν Ἑλλήνων πρὸς τοὺς βαρβάρους γενομένην ἡμεῖς γε οἱ Κρήτες τὴν Ἑλλάδα φαρμέν σῶσαι. ΑΘ. Καὶ γὰρ οἱ πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων λέγουσι ταῦτα. ἡμεῖς δὲ, ὦ φίλε, ἐγὼ τε καὶ ὁδε Μέγιλλος, φαρμέν τὴν c. περὶ μάχην τὴν ἐν Μαραθῶνι γενομένην καὶ ἐν Πλαταιαῖς, τὴν μὲν ἄρξαι τῆς σωτηρίας τοῖς Ἕλλησι, τὴν δὲ τέλος ἐπιθεῖναι καὶ τὰς μὲν βελτίους τοὺς Ἕλληνας ποιῆσαι, τὰς δὲ οὐ βελτίους· ἴν' οὕτω λέγωμεν περὶ τῶν τότε ξυσσασασῶν ἡμᾶς μαχῶν. πρὸς γὰρ τῇ περὶ Σαλαμῖνα τὴν περὶ τὸ Ἄρτεμισιον σοὶ προσδήσω κατὰ θάλατταν μάχην. ἀλλὰ γὰρ ἀποβλέποντες νῦν πρὸς πολιτείας, ἀρετὴν καὶ d. χώρας φύσει σκοπούμεθα, καὶ νόμων τάξιν· οὐ τὸ σώζεσθαι

quam retribuunt. nam cum arte gubernatoria, & quinquaginta virorum principatu & remigio, variorumque & vilium hominum opere res navalis geratur, non potest quispiam recte honores singulis reddere. Quomodo vero recte se habere civitas potest, si hoc ipso privata fuerit? *Cli.* Ferme impossibile. verumtamen, hospes, navale apud Salaminam Graecorum adversus barbaros proelium universam nos Cretenfes Graeciam servasse putamus. *Athen.* Atqui multi istud tam Graecorum, quam barbarorum, affirmant. ego autem, o amice, & hic Megillus, pedestrem in Marathone & in Plataeis pugnam, alteram principium salutis, alteram finem fuisse dicimus: & his quidem pugnis meliores Graecos factos fuisse, aliis non meliores: ut ita de proeliis, quibus tunc pariter servati sumus, dicamus. Bello enim apud Salaminam gesto illud addo, quod in Artemisio commissum fuit maritimum. Verum spectantes nunc civilis disciplinae virtutem, & regionis naturam, & legum ordinem consideramus. non enim servari ac

τε καὶ εἶναι μόνον ἀνθρώποις τιμιώτατον ἡγεύμενοι, (καθάπερ οἱ πολλοὶ) τὸ δ' ὡς βελτίστους γίνεσθαι τε καὶ εἶναι, τοσοῦτον χρόνον ὅσον ἀν ὦσιν. εἰρήται δ' ἡμῖν, οἶμαι, καὶ τοῦτο ἐν ταῖς πρόσθεν. ΚΛ. Τί μὴν; ΑΘ. Τοῦτο τοίνυν σκοπάμεθα μόνον, εἰ κατὰ τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἐρχόμεθα, βελτίστην οὔσαν πόλεσι κατοικήσεων περὶ καὶ νομοθεσιῶν. ΚΛ.

e. Καὶ πολὺ γε. ΑΘ. Λέγε δὴ τοίνυν τὸ τούτοις ἐξῆς, τίς ὁ κατοικιζόμενος ὑμῖν λεῖος ἔσαι πότερον ἐξ ἀπάσης Κρήτης ὁ ἐθέλων, ὡς ὄχλου τινας ἐν ταῖς πόλεσιν ἐκάσαις γεγενημένου πλειονος, ἢ κατὰ τὴν ἐκ τῆς γῆς τροφήν. οὐ γὰρ πού τὸν βουλόμενόν γε Ἑλλήνων συναγάγετε. καίτοι τινας ὑμῖν ἐκ τε Ἄργους ἑρῶ καὶ Αἰγίνης καὶ ἄλλοθεν τῶν Ἑλλήνων

P. 708 a. εἰς τὴν χώραν κατακισμένους. τὸ δὲ δὴ παρὸν ἡμῖν λέγε, πόθεν ἔσεσθαι φῆς στρατόπεδον τῶν πολιτῶν ταυῦν. ΚΛ. Ἐκ τε Κρήτης ξυμπάσης ἔοικε γενήσεσθαι καὶ τῶν ἄλλων δὲ Ἑλλήνων μάλιστα μοι φαίνονται τοὺς ἀπὸ Πελοποννήσου προσδέξεσθαι συνοίκους. καὶ γὰρ ὁ νῦν δὴ λέγεις, ἀληθὲς φράσεις, ὡς ἐξ Ἄργους εἰσί. καὶ τό γε μάλισ' εὐδοκίμου

esse solum, hominibus summo in pretio habendum existimamus, ut vulgus putat: sed ut, quamdiu sunt, optimi sint. quod & in superioribus, ut arbitror, a nobis est dictum. *Cli.* Dictum plane. *Athen.* Id itaque tantum animadvertamus, si eandem ipsam agamus viam, quae civitatibus optima fit in constituenda habitatione legibusque ferendis. *Cli.* Mirum in modum. *Athen.* Dic ergo, quod sequitur, quae multitudo habitatura coloniam fit: utrum quicumque velint ex tota Creta; quasi magna in singulis civitatibus turba superfluat? an ad ipsius agri vires & fertilitatem electi? non enim volentes ex Graecis omnes colligitis: etiam nonnullos video ex Argis & Aegina, aliisque Graeciae partibus, regionem hanc habitare. Sed in praesenti mihi dicas, unde futura sit vobis horum nunc civium multitudo. *Cli.* Ex universa Creta futuram existimo, & inter Graecos alios, qui ex Peloponneso venient, maxime, ut opinor, recipientur. quodque modo dicebas, verum est, ex

τανῶν ἐνθάδε γένος, τὸ Γόρτυνικόν· ἐκ Γόρτυνος γὰρ τυγχά-
 νει ἀπρωκῆδός ταύτης τῆς Πελοποννησιακῆς. ΑΘ. Οὐ τοίνυν b,
 εὐκόλος ὁμοίως γίγνεται ἂν ὁ κατοικισμὸς ταῖς πόλεσιν, ὅταν
 μὴ τὸν τῶν ἐσμῶν γιγνηται τρόπον ἐν γένος ἀπὸ μιᾶς ἰδῶν
 χώρας οἰκίζηται, Οἴλου παρὰ Οἴλων, ξενοχωρία τινὶ πολιορ-
 κῆθην γῆς, ἢ τισιν ἄλλοις τοιοῦτοις παθήμασιν ἀναγκασθῆν.
 ἔσι δ' ὅτε καὶ εἰσέσει βιαζόμενοι ἀναγκάζοιτ' ἂν ἐτέρωσε
 ἀποξενουῦσθαι πόλεως τί μέρη. ἤδη δέ ποτε καὶ ξυνάπασα
 πόλις τινῶν ἐφυγεν, ἄρδην κρείττονι κρατηθεῖσα πολέμῳ.
 ταῦτ' οὖν πάντ' ἐστὶ τῇ μὲν βία κατοικίσεσθαι τε καὶ νομο- c.
 δετεῖσθαι, τῇ δὲ, χαλεπώτερα. τὸ μὲν γὰρ ἐν τι εἶναι γένος
 ἰσόφανον καὶ ἰσόνομον, ἔχει τινὰ Φιλίαν, κοινῶν ἱερῶν ὄν
 καὶ τῶν τοιοῦτων πάντων νόμους δ' ἐτέρους καὶ πολιτείας
 ἄλλας τῶν οἰκοθεν οὐκ εὐπετῶς ἀνέχεται τὸ δ' ἐνίοτε πονηρία
 νόμων δεξιακῆς, καὶ διὰ συνήθειαν ζητοῦν ἐπι χρῆσθαι τοῖς
 αὐτοῖς ἤθεσι, δι' ἃ καὶ πρότερον ἐφθάρη, χαλεπὸν τῷ κατ-

Argis scilicet istos esse. Etenim quod maxime modo hinc genus
 laudatur, Gortynicum est, quod ex ipsa Peloponnesiaca Gor-
 tyne huc migravit. *Athen.* Sed non aequae facilis civitatibus
 illa in unum commigratio solet fieri: quando non examinum
 more fit, ut genus unum amicum inter se ab amicis veniens
 ex una quadam regione, aut agri angustiis pressum, aut alia
 huiusmodi necessitate coactum, in aliena commigret. quando-
 que vero accidit, ut, civitate seditionibus agitata, alio civium
 pars una secedat. *Universa* etiam civitas bello victa quando-
 que simul fugisse reperitur. Haec autem omnia partim facilia
 sunt, ut nova in habitatione disponantur, & legibus denuo
 profitis gubernentur: partim etiam difficilia. nam quod genus
 unum est unius linguae earundemque legum, cum sacrorum &
 huiusmodi omnium communionem habeat, amicitia quidem
 inter se aliqua copulatur: sed leges alias, gubernationisque mo-
 dum, a pristino discrepantem, non facile suscipit. quod vero
 propter legum suarum improbitatem seditionibus concitum
 fuit, cum primos illos propter consuetudinem, quibus corru-

- d. οικίζονται καὶ νομοθετοῦνται καὶ δυσπειθὲς γίνονται. τὸ δ' αὖ παντοδαπὸν ἐς ταυτὸ ξυνεβρύηκός γένος, ὑπακοῦσαι μὲν τινῶν νόμων καινῶν τάχα ἂν ἐθελήσειε μᾶλλον· τὸ δὲ συμπνεῦσαι, καὶ καθάπερ ἵππων ζεῦγος καθ' ἓνα εἰς ταυτὸν (τὸ λεγόμενον) ξυμφυσῆσαι, χρόνου πολλοῦ, καὶ παγχάλεπον. ἀλλ' ὅμως ἐστὶ νομοθεσία καὶ πόλεων οἰκισμοί, πάντων τελευτάτου πρὸς ἀρετὴν ἀνδρῶν. ΚΛ. Εἰκόσ. ὅπη δ' αὖ βλέπων
- e. τοῦτ' εἴρηκας, φράζ' ἐτι σαφέστερον. ΑΘ. ὦ γαθὲ, ἔοικα, περὶ νομοθετῶν ἐπαινῶν καὶ σκοπῶν, ἅμα ἐρεῖν τι καὶ φαῦλον. ἀλλ' ἂν πρὸς καιρὸν τινὰ λέγωμεν, πρᾶγμα οὐδὲν γίγνοιτ' ἂν ἐτι. καίτοι τί ποτε δυσχεραίνω; σχεδὸν γάρ τοι πάντα οὕτως ἔοικεν ἔχειν τὰνθρώπινα. ΚΛ. Τοῦ δὴ πέρι λέγεις; ΑΘ. Ἐμελλον λέγειν ὡς οὐδεὶς ποτὲ ἀνθρώπων οὐδὲν
- P. νομοθετεῖ, τύχαι δὲ καὶ ξυμφοραὶ παντοῖαι πίπτουσαι παντοίως νομοθετοῦσι τὰ πάντα ἡμῖν. ἢ γὰρ πόλεμός τις βιασάμενος ἀνέτρεψε πολιτείας καὶ μετέβαλε νόμους, ἢ πενίας χαλεπῆς ἀπορία. πολλὰ δὲ καὶ νόσοι ἀναγκάζουσι καινοτο-

P.
7^c9
a.

ptum est, mores desideret, durum se & inobediens gubernanti legesque ponenti praebet. Quod autem ex variis confluit generibus, libentius fortasse novas leges audiet: sed arduum est omnino, & longo tempore indiget, ut conspirare, & tanquam sub uno iugo equi, unum idemque, ut dicitur, efflare possint. sed enim legum sanctio civitatisque constitutio est ad virorum virtutem omnium perfectissima. *Cli.* Probabile id quidem. sed clarius expone, bone vir, quorsum id dixeris. *Athen.* Dum considerare legumlatores & laudare vellem, ad vile quid dictu videor lapsus. quod tamen, si opportune dicatur, nihil negotii dabit. ac quid ego conturbor, cum omnia humana fere ita habere videantur? *Cli.* Qua de re dicis? *Athen.* Dicturus eram, nullum unquam hominum aliquid lege sancire, sed fortunas casusque varios incidentes, leges nobis per omnia ferre. aut enim imminentis violentia belli; priorem pervertit rempublicam, legesque mutat: aut summa quaedam penuria. morbi quoque multa innovare compellunt: pestis etiam diutina, multorum-

μειν, λοιμων τε εμπιπτόντων, και χρόνον ἐπὶ πολὺν ἐνιαυ-
 τῶν πολλῶν πολλάκις ἀκαιρία. ταῦτα δὴ πάντα προΐδών τις,
 αἰξίειν ἂν εἰπεῖν ὅπερ ἐγὼ νῦν δὴ, τὸ, θνητῶν μὲν μηδένα
 νομοθετεῖν μηδέν, τύχας δ' εἶναι σχεδὸν ἅπαντα τὰ ἀνθρώ- b.
 πινα πράγματα. τόδ' ἔστι περί τε ναυτιλίαν και κυβερνητικὴν
 και ἰατρικὴν και στρατηγικὴν, πάντα ταῦτ' εἰπόντα, δοκεῖν
 εὔ λέγειν ἀλλὰ γὰρ ὁμοίως αὖ και τὸδε ἐστὶ λέγοντα, εὔ λέ-
 γειν ἐν τοῖς αὐτοῖς τούτοις. ΚΛ. Τὸ ποῖον; ΑΘ. Ὡς θεὸς
 μὲν πάντα και μετὰ θεοῦ τύχη και καιρὸς τὰνθρώπινα δια-
 κυβερνᾷσι ξύμπαντα. ἡμεράτερον μὲν τρίτον ξυχωρῆσαι,
 τούτοις δεῖν ἐπεσθαι τέχνην. καιρῷ γὰρ χειμῶνος ξυλλα- c.
 βέσθαι κυβερνητικὴν, ἢ μὴ, μέγα πλεονέκτημα ἐγωγ' ἂν
 δεῖν. ἢ πῶς; ΚΛ. Οὕτως. ΑΘ. Οὐκοῦν και τοῖς ἄλλοις
 ὡσαύτως κατὰ τὸν αὐτὸν ἂν ἔχοι λόγον; και δὴ και νομο-
 θεσία ταυτὸν τοῦτο δοτέον, τῶν ἄλλων ξυμπιπτόντων ὅσα
 δεῖ χάρα ξυτυχεῖν, εἰ μέλλει ποτὲ εὐδαιμόνως οἰκῆσειν, τὸν
 νομοθέτην ἀληθείας ἐχόμενον τῇ τοιαύτῃ παραπεσεῖν ἐκάστοτε
 πύλαι δεῖν. ΚΛ. Ἀληθέστατα λέγεις. ΑΘ. Οὐκοῦν ὄγε πρὸς

que annorum incommoda & importuna tempestas. Haec si
 quis animadvertat, non verebitur, idem, quod ego nunc, ex-
 clamare, mortalium neminem leges condere, sed humana
 omnia fortunae agi. Quod si quis in navigatione, gubernatione,
 medicina, militari imperio, affirmaverit, recte videbitur
 dicere. sed rursus & istud similiter de iis ipsis bene dicitur.
Cli. Quidnam? *Athen.* Deum quidem omnia, & fortunam op-
 portunitatemque simul cum Deo, cuncta humana gubernare.
 Mitius tamen concedendum tertium, superiora artem vide-
 licet sequi. tempestate enim imminente multum interesse ar-
 bitror, gubernatoriam habeas artem, necne. aut quomodo
 dicendum? *Cli.* Ita prorsus. *Athen.* Nonne & in aliis eadem
 ratio? atqui & legislationi idem est tribuendum, ut con-
 currentibus aliis, quaecumque ad felicem regionis habitationem
 conducunt, legislator veritatis compos civitati non desit. *Cli.*
 Vera loqueris. *Athen.* Nonne qui in singulis illorum artem ha-

- d. ἕκαστόν τι τῶν εἰρημένων ἔχων τὴν τέχνην, καὶ εὐξασθᾶί που δύναίτο ὀρθῶς τι παρὸν αὐτῷ διὰ τύχης, τῆς τέχνης ἂν μόνον ἐπιδέοι; ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΑΘ. Οἴτε ἄλλοι γε δὴ πάντες οἱ νῦν δὴ ρηθέντες, κελεύμενοι τὴν αὐτῶν εὐχὴν εἰπεῖν, εἴποιεν ἂν. ἦ γάρ; ΚΛ. Τί μὲν; ΑΘ. Ταυτὸν δὴ καὶ νομοθέτης, οἶμαι, δράσειεν. ΚΛ. Ἐγὼ γ' οἶμαι. ΑΘ. Φέρε δὴ, νομοθέτα (πρὸς αὐτὸν Φῶμεν) τί σοι καὶ πῶς πόλιν εἴχουσαν δῶμεν, ὃ λαβῶν, ἔξεις ὥστ' ἐκ τῶν λοιπῶν αὐτὸς τὴν πόλιν ἰκανῶς διοικῆσαι; τί μετὰ τοῦτ' εἰπεῖν ὀρθῶς ἔστιν; ἄρα τοῦ νομοθέτου φράζωμεν τοῦτο; ἦ γάρ; ΚΛ. Ναί. ΑΘ. Τόδε. τυραννουμένην μοι δότε τὴν πόλιν, φήσει. τύραννος δ' ἔσω νέος, καὶ μνήμων, καὶ εὐμαθής, καὶ ἀνδρείος, καὶ μεγαλοπρεπῆς φύσει. ὃ δὲ καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐλέγομεν δεῖν ἐπεσθᾶι ξύμπασι τοῖς τῆς ἀρετῆς μέρεσι, καὶ νῦν τῇ τυραννουμένῃ ψυχῇ τοῦτο ξυνεπέσθω, ἔαν μέλλῃ τῶν ἄλλων
- 710
a. ὑπαρχόντων ὄφελος εἶναι τι. ΚΛ. Σωφροσύνην μοι δοκεῖ φράζειν, ὃ Μέγιλλε, δεῖν εἶναι τὴν ξυνεπομένην ὃ ξένος. ἦ γάρ; ΑΘ. Τὴν δημῳδὴν γε, ὃ Κλεινία, καὶ οὐχ ἦν τις σεμνύων

bet, precari poterit, ut aliquid a fortuna sibi feliciter adfit, nec alia re, praeterquam artificio, opus sit? *Cli.* Valde. *Athen.* Ceteri quoque omnes, quos modo diximus, si quis quaesierit, suas preces votaue aperient. an non? *Cli.* Plane. *Athen.* Idem & legislator, ut arbitror, faciet. *Cli.* Sic puto. *Athen.* Age itaque, sic eum interrogemus: O legislator, qualem tibi civitatem tradi desideras, ut ipse ex reliquis postea sufficienter eam disponere possis? Quid recte deinde dicetur? an legumiaris responsio afferri debet? *Cli.* Utique. *Athen.* Tyrannidi subiectam mihi tradite civitatem, dicet. tyrannus autem iuvenis fit, memoria valens, acutus, fortis, naturaue magnificus. & quod in superioribus omnes virtutis partes sequi debere dicebamus, id animo quoque tyrannico infit, si quid modo cetera profutura sint. *Cli.* Temperantiam mihi videtur hospes, o Megille, dicere tyranni animo inesse oportere. nonne? *Athen.* Popularem, o Clinia, dico: non temperantiam illam, quam ex-

ἂν λέγοι Ὀρόνησιν, προσαναγκάζων εἶναι τὸ σωφρονεῖν. ἀλλ' ὅπερ εὐθὺς παισὶ καὶ θηρίοις, τοῖς μὲν ἀκρατῶς ἔχειν πρὸς τὰς ἡδονὰς, ξυμφυτον ἐπανθεῖ, τοῖς δὲ, ἐγκρατῶς ὁ καὶ μολούμενον ἐφαρμεν τῶν πολλῶν ἀγαθῶν λεγομένων, οὐκ ἄξιον ἔναι λόγου. ἔχετε γὰρ ὃ λέγω που; ΚΛ. Πάνυ μὲν οὔν.

ΑΘ. Ταύτην τοίνυν ἡμῖν ὁ τύραννος φύσει ἐχέτω πρὸς ἐκείναις ταῖς φύσεσιν, εἰ μέλλει πόλις ὡς δυνατόν ἐστὶ τάχιιστα καὶ ἄριστα σχήσειν πολιτείαν, ἣν λαβοῦσα, εὐδαιμονέστατα διάξει. θάπτων γὰρ ταύτης καὶ ἀμείνων πολιτείας διάξεις οὗτ' ἐστίν, οὗτ' ἂν ποτε γένοιτο. ΚΛ. Πῶς δὴ, καὶ τίνι λόγῳ τοῦτο, ὦ ξένη, λέγων ἂν τις, ὀρθῶς λέγειν αὐτὸν ἂν πείθοι; c.

ΑΘ. Ῥαδίον που τοῦτό γε νοεῖν ἐστίν, ὦ Κλεινία, κατὰ φύσιν ὡς ἐστὶ τοῦθ' οὕτω. ΚΛ. Πῶς λέγεις; εἰ τύραννος γένοιτο, Φῆς, νέος, σώφρων, εὐμαθής, μνήμων, ἀνδρείος, μεγαλοπρεπής, εὐτυχής; ΑΘ. Πρόσθεε μὴ κατ' ἄλλο, ἀλλὰ τὸ γενέσθαι τε ἐπ' αὐτοῦ νομοθέτην ἄξιον ἐπαίνου, καὶ τινα τύχην εἰς ταυτὸν ἀγαγεῖν αὐτῷ. γενομένου γὰρ τούτου,

tollens aliquis prudentiam appellandam esse monstraret; sed eam ipsam affectionem, quae in bestiis & pueris illico apparet innata, ut alii ad voluptatem proniores, continentiores alii nati esse videantur. quam quidem continentiam, a bonis aliis separatam, parvi faciendam esse duximus. Tenetis, quod dico? *Cli.* Maxime. *Athen.* Hanc ergo naturam ad superiores illas naturae qualitates tyrannus habeat, si debet civitas celerrime & optime, prout possibile est, eam gubernationem assequi, qua felicissime vivat. nulla enim velocior, nulla melior dispositio civitatis aut est, aut esse potest. *Cli.* Quomodo vero & qua ratione, hospes, id asserens aliquis, recte dici sibi quispiam suadebit? *Athen.* Facile intellectu est, o Clinia, hoc ita natura esse. *Cli.* Quid ais? numquid esse illud asseris, si tyrannus juvenis sit, temperatus, ingeniique acumine & memoria pollens, fortis, magnificus, atque felix? *Athen.* Adde nihil aliud, nisi ut tempore ipsius laude dignus legislator reperiat, & fortuna quaedam eos in idem conducat. hoc enim si accesserit,

- d. πάντα σχεδὸν ἀπείργασαι τῷ θεῷ, ἅπερ, ὅταν βουληθῆ δια-
 φερύτως εὖ πρᾶξαι τινα πόλιν· δεύτερον δὲ, ἐάν ποτε τινὲς
 δύο ἄρχοντες γένωνται τοιοῦτοι· τρίτον δ' αὖ καὶ κατὰ λό-
 γον ἰσαύτως χαλεπώτερον, ὅσῳ πλείους· ὅσῳ δ' ἐναντίον,
 ἐναντίως. ΚΛ. Ἐκ τυραννίδος ἀρίστην Φῆς γενέσθαι πόλιν
 ἂν ὡς φαίνη· μετὰ νομοθέτου γε ἄκρου, καὶ τυράννου κοσμίου
 καὶ ῥᾶξά τε καὶ τάχισ' ἂν μεταβαλεῖν εἰς τοῦτο ἐκ τοῦ τοι-
 ούτου δεύτερον δὲ, ἐξ ὀλιγαρχίας. ἢ πῶς λέγεις; καὶ τὸ τρί-
 του, ἐκ δημοκρατίας. ΑΘ. Οὐδαμῶς· ἀλλ' ἐκ τυραννίδος μὲν
 πρῶτον· δεύτερον δὲ, ἐκ βασιλικῆς πολιτείας· τρίτον δὲ, ἐκ
 τινος δημοκρατίας· τὸ δὲ τέταρτον, ὀλιγαρχία τὴν τοῦ τοι-
 ούτου γένεσιν χαλεπώτατα δύναιτ' ἂν προσδέξασθαι. πλείους
 γὰρ ἐν αὐτῇ δυνάσσει γίνονται. λέγομεν δὴ ταῦτα γίνε-
 σθαι τότε ὅταν ἀληθῆς μὲν νομοθέτης γένηται φύσει, κοινῇ
 δὲ αὐτῷ τις ῥώμη ξυμβῆ πρὸς τοὺς ἐν τῇ πόλει μέγιστον
 P·
 711 a. δυναμένους. οὗ δ' ἂν τοῦτο ἀριθμῶ μὲν βραχύτατον, ἰσχυ-
 ρότατον δὲ, καθάπερ ἐν τυραννίδι, γένηται, ταύτῃ καὶ τότε
 τάχος καὶ ῥαξῶν τῆς μεταβολῆς γίνεσθαι φιλεῖ. ΚΛ.

omnia ferme Deus dederit, quae dare solet, quoties civitatem aliquam felicem maxime vult fore. Deinde, si duo tales principes sint: tertio loco, si tres: & successionis eadem ratione servata eo difficilium, quo plures; atque contra, quo pauciores, eo facilius. *Cl.* Ex tyrannide optimam fieri rempublicam affirmare videris, cum summo certe legislatore, modestoque tyranno: ac facillime & celerrime ex illa in hanc mutationem fieri: secundo, ex paucorum potentia: tertio, ex populari. an non ita? *Athen.* Minime: sed ex tyrannide primo: deinde, ex regia gubernatione: tertio, ex quadam populari potentia: postremo, paucorum potentia optimae reipublicae generationem difficillime suscipit. plurimi enim in ipsa potentes sunt. Tunc vero haec fieri dicimus, cum verus natura legum conditor invenitur, & ei potentia quaedam communis cum illis contingit, qui plurimum in civitate possunt. Ubi autem paucissimi quidem numero sunt, potentia vero summi, quod tyrannidi accidit, ibi

Πῶς; οὐ γὰρ μαυθάνομεν. ΑΘ. Καὶ μὴν εἰρηταί γ' ἡμῶν οὐχ ἄπαξ, ἀλλ', οἶμαι, πολλάκις. Ὑμεῖς δὲ τάχα οὐδὲ τε-
 θεάσατε τυραννομένην πόλιν. ΚΛ. Οὐδέ γε ἐπιθυμητῆς
 ἐγώ γ' εἰμί τοῦ θεάματος. ΑΘ. Καὶ μὴν τοῦτό γ' ἂν ἴδοις
 ἐν αὐτῇ τὸ νῦν δὴ λεγόμενον. ΚΛ. Τὸ ποῖον; ΑΘ. Οὐδὲν β.
 δεῖ πόνων, οὐδὲ τινος παμπόλλου χρόνου, τῷ τυράνῳ, με-
 ταβαλεῖν βουλευθέντι πόλεως ἢθι πορεύεσθαι δὲ αὐτὸν δεῖ
 πρῶτον ταύτῃ ὅπῃπερ ἂν θελήσῃ, εἴαν τε πρὸς ἀρετῆς ἐπιτη-
 δεύματα προτρέπεσθαι τοὺς πολίτας, εἴαν τε ἐπὶ τούναντιον,
 αὐτὸν πρῶτον πάντα ὑπογράφοντα τῷ πράττειν τὰ μὲν
 ἐπαινοῦντα καὶ τιμῶντα, τὰ δ' αὖ πρὸς ψόγον ἄγοντα, καὶ
 τὸν μὴ πειθόμενον ἀτιμάζοντα καθ' ἑκάστας τῶν πράξεων. c.
 ΚΛ. Καὶ πῶς οἴομεθα ταχὺ ξυνακολουθήσειν τοὺς ἄλλους
 πολίτας τῷ τῆν τοιαύτην πειθῶ καὶ ἅμα βίαν εἰληφότι; ΑΘ.
 Μηδεὶς ἡμᾶς πειθέτω, ᾧ φίλοι, ἄλλη δ᾿ ἄττον καὶ ῥᾶον με-
 ταβάλλειν ἂν ποτε πόλιν τοὺς νόμους, ἢ τῇ τῶν δυναστεύον-
 των ἡγεμονίᾳ· μηδὲ νῦν γε ἄλλη γίνεσθαι, μηδ' αὖθις πο-

celer & facilis fieri mutatio solet. *Cli.* Quo pacto? non enim intelligimus. *Athen.* At vero non semel id a nobis, sed saepius, ut opinor, est dictum. vos autem fortasse civitatem tyrannide pressam nunquam vidistis. *Cli.* Ego quidem spectaculum istiusmodi videre minime cupio. *Athen.* Atqui quod modo diximus, in ea inspicies. *Cli.* Quidnam? *Athen.* Quod non multo labore, nec longo tempore, tyranno opus fit, civitatis mores mutare volenti. nam sive ad virtutis officia, sive contra, cives perducere velit, ipse primus viam, per quam sequantur ceteri, ingrediatur oportet, omniaque in se ipso primum expressa praescribat agendo: alia quidem laudans atque honorans, alia vero vituperans, & eos, qui non obediunt in singulis actionibus, semper dedecorans. *Cli.* Quomodo vero ubique magnum quid aut arduum existimabimus, ut cives eum statim sequantur, qui ita suadet & cogit? *Athen.* Nemo nobis persuadeat, o amici, aliter unquam citius & facilius, quam principum exemplo, leges in civitate mutari. neque aliter ocius

- d. τὲ γενήσεσθαι. καὶ γὰρ οὖν ἡμῖν οὐ τοῦτ' ἐστὶν ἀδύνατον, οὐδὲ χαλεπῶς ἂν γενόμενον ἀλλὰ τὸδ' ἐστὶ τὸ χαλεπὸν γενέσθαι, καὶ ὀλίγον δὴ τὸ γεγονὸς ἐν τῷ πολλῷ χρόνῳ· ὅταν δὲ ξυμβῆ, μυρία καὶ πάντ' ἐν πόλει ἀγαθὰ ἀπεργάζεσθαι, ἐν ἧ ποτ' ἂν ἐγγένηται. ΚΛ. Τὸ ποῖον δὴ λέγεις; ΑΘ. Ὅταν ἔρως θεῖος τῶν σωφρόνων τε καὶ δικαίων ἐπιτηδευμάτων ἐγγένηται μεγάλαις τισὶ δυναστείαις, ἢ κατὰ μοναρχίαν δυναστεύουσαις, ἢ κατὰ πλούτων ὑπεροχὰς διαφερούσαις, ἢ γενῶν ἢ τῆν Νέστορος ἔαν ποτέ τις ἐπανελέγχῃ Φύσιν, ὃν τῆ τοῦ λέγειν ῥώμῃ φασι πάντων διενεγκόντα ἀνδράπων, πλεον ἔτι τῷ σωφρονεῖν διαφέρειν. τοῦτ' οὖν ἐπὶ μὲν Τροίας, ὡς φασι, γέγονεν, ἐφ' ἡμῶν δὲ οὐδαμῶς. εἰ δ' οὖν καὶ γέγονεν ἢ καὶ γενήσεται τοιοῦτος, ἢ νῦν ἡμῶν ἐστὶ τις, μακαρίως μὲν αὐτὸς ζῆ, μακάριοι δὲ οἱ ξυνήμοιοι τῶν ἐκ τοῦ σωφρονοῦντος ζῆματος ἰόντων λόγων. ὡσαύτως δὲ καὶ ξυμπάσης δυνάμειος ὁ αὐτὸς πέρι λόγος, ὡς ὅταν εἰς ταυτὸν τῷ
- P.
712 Φρονεῖν τε καὶ σωφρονεῖν ἢ μεγίστη δύναμις ἐν ἀνθρώπῳ ξυμ-
α.

aut fieri nunc existimetis, aut futurum. Profecto hoc nobis neque impossibile est, neque factu difficile. sed illud difficile factu est, raroque longo in tempore factum: quod si quando contigerit, innumera civitati, cui eveniet, & immensa bona efficiet. *Cli.* Quid illud? *Athen.* Si quando divinus amor temperate iusteque agendi magnae potentiae innascatur, quae aut in unius sita sit potestate, aut in plurium principatu divitiis vel nobilitate generis excellentium: aut si quando naturam Nestoris quis reducerit, quem & dicendi facundia, & temperantia vitae, multo magis omnibus excelluisse ferunt: qualis quidem vir Troiae temporibus fuisse dicitur, nostris autem minime: si, inquam, talis quandoque vir fuit, aut erit, aut nunc inter nos est aliquis, & ipse beate vivit, & illi quoque beati sunt; qui fluentia ex ore modesto audiunt verba. Eadem quoque de universa potentia ratio est, quod videlicet, cum in eodem homine bene cum prudentia & temperantia simul potentia summa convenerit, tunc demum gubernationis optima, optima

πέσει, τότε πολιτείας τῆς ἀρίστης καὶ νόμων τῶν τοιοῦτων
 οὔεται γένεσις· ἄλλως δὲ οὐ μὴ ποτε γένηται. ταῦτα μὲν
 οὔν, καθαπερὶ μῦθος τις λεχθεὶς, κεχρησμένω δῶκαί καὶ ἐπι-
 δεδείχθω, τῇ μὲν, χαλεπὸν ὄν τὸ πόλιν εὖνομον γίγνεσθαι
 τῇ δ', εἴπερ γένοιτο ὃ λέγομεν, πάντων τάχιζόν τε καὶ ῥᾶπον
 μακρῶ. ΚΛ. Πῶς; ΑΘ. Πειρώμεθα προσαρμόττοντες τῇ
 πόλει σῆ, καθάπερ παῖδα πρεσβύται, πλάττειν τῶ λόγῳ ἢ.
 τοὺς νόμους. ΚΛ. Ἴωμεν δὴ, καὶ μὴ μέλλωμεν ἔτι. ΑΘ.
 Θεὸν δὴ πρὸς τὴν τῆς πόλεως κατασκευὴν ἐπικαλώμεθα· ὃ δὲ
 ἀκούσειέ τε, καὶ ὑπακούσας, ἴλεως εὐμενῆς τε ἡμῖν ἔλθοι,
 συνδιακοσμήσων τῆν τε πόλιν καὶ τοὺς νόμους. ΚΛ. Ἐλλοι
 γὰρ οὔν. ΑΘ. Ἀλλὰ τίνα δὴ ποτε πολιτείαν ἔχομεν ἐν νῶ
 τῇ πόλει προστάττειν; ΚΛ. Οἷον δὴ τι λέγειν βουλευθεὶς, c.
 Ὁράξ' ἔτι σαφέστερον. οἷον δημοκρατίαν τινὰ, ἢ ὀλιγαρχίαν,
 ἢ ἀριστοκρατίαν, ἢ βασιλικήν. οὐ γὰρ δὴ τυραννίδα γέ που λέ-
 γοις ἂν, ὡς γ' ἡμεῖς οἰηθείημεν. ΑΘ. Φέρε δὴ τοίνυν, πότερος
 ὑμῶν ἀποκρίνασθαι πρότερος ἂν ἐθέλῃ, τὴν οἴκοι πολιτείαν

rumque legum elucebit origo : aliter autem nunquam. Verum
 haec, tanquam fabula quaedam, oraculorum ritu dicta sint :
 ostensumque fit, partim difficile esse, civitatem bonis fundari
 legibus; partim vero, si contigerit id, quod diximus, longe
 omnium facillimum & brevissimi temporis opus. *Cli.* Quo pa-
 eto? *Athen.* Sed conemur iam civitati tuae rem omnem ac-
 commodantes, tanquam seniores pueris, leges oratione confin-
 gere. *Cli.* Aggrediamur iam id sine mora. *Athen.* Deum in-
 primis ad civitatis constitutionem invocemus. qui utinam au-
 diat, exaudiensque propitius & benignus nobis adveniat, una
 nobiscum civitatem & leges exornaturus! *Cli.* Veniat, opto.
Athen. Sed qualemnam politiam, id est, rempublicam civi-
 tati tradere volumus? *Cli.* Declara, si placet, quid dicere velis :
 utrum populi potestatem, vel paucorum, vel optimatum, vel
 regnum. neque enim tyrannidem te dicere arbitramur. *Athen.*
 Age iam, uter vestrum prior mihi respondere vult, quae-
 nam ex his suae patriae respublica est? *Meg.* Num par est,
Plat. Oper. Vol. VIII. M

- εἰπὼν, τίς τούτων ἐστί; ΜΕΓ. Μῶν οὖν τὸν πρεσβύτερον
 d. ἐμὲ δικαιότερον εἰπεῖν πρότερον; ΚΛ. Ἴσως. ΜΕΓ. Καί
 μὴν ξυνοῶν γε, ὦ ξένε, τὴν ἐν Λακεδαιμόνι πολιτείαν, οὐκ
 ἔχω σοὶ φράζειν οὕτως ἤντινα προσαγορεύειν αὐτὴν δεῖ. καὶ
 γὰρ τυραννίδι δοκεῖ μοι προσεοικέναι. τὸ γὰρ τῶν ἐφόρων,
 Ξαυμασὸν ὡς τυραννικὸν ἐν αὐτῇ γέγονε. καίτοι ἐνίστε μοὶ
 φαίνεται πασῶν τῶν πόλεων δημοκρατουμένη μάλιστα' εοικέναι.
 τὸ δ' αὖ μὴ φάναι ἀριστοκρατίαν αὐτὴν εἶναι, παντάπασιν
 e. ἄτοπον. καὶ μὲν δὴ βασιλεία γε διὰ βίου τ' ἐστὶν ἐν αὐτῇ, καὶ
 ἀρχαιοτάτη πασῶν, καὶ πρὸς πάντων ἀνθρώπων καὶ ἡμῶν
 αὐτῶν λεγομένη. ἐγὼ δὲ οὕτω νῦν ἐξαίφνης ἂν ἐρωτηθεῖς,
 ὅντως (ὅπερ εἶπον) οὐκ ἔχω διορισάμενος εἰπεῖν, τίς τούτων
 ἐστὶ τῶν πολιτειῶν. ΚΛ. Ταυτὸν σοὶ πάθος, ὦ Μέγιλλε, κα-
 ταφαίνομαι πεπουθέναι. πάνυ γὰρ ἀπορῶ τὴν ἐν Κνωσσῶ
 πολιτείαν τούτων τινὰ διίσχυριζόμενος εἰπεῖν. ΑΘ. Ὅντως
 γὰρ, ὦ ἄριστοι, πολιτειῶν μετέχετε' ἄς δὲ ἄνομάκαμεν νῦν,
 οὐκ εἰσὶ πολιτεῖαι, πόλεων δὲ οἰκῆσεις, δεσποζομένων τε καὶ

quia senior sum, ut ipse prior respondeam? *Cli.* Forte. *Meg.*
 Cum Lacedaemonicam, hospes, rempublicam mente revolvo,
 non facile tibi possum dicere, quomodo sit appellanda. etenim
 tyrannidi similis esse videtur. nam Ephorum potestas mirum
 in modum ibi tyrannica. nonnunquam tamen prae ceteris ci-
 vitatibus populari gubernationi apparet simillima. negare au-
 tem, eam esse optimatum rempublicam, omnino absurdum.
 regnum quoque in ea perpetuum, quod omnium antiquissi-
 mum, tam a ceteris hominibus, quam a nobis ipsis, esse dici-
 tur. Quare ita subito interrogatus, revera, ut dicebam, non
 possum in praesentia tibi distincte, quae illarum sit, respondere.
Cli. Mihi quoque, Megille, perinde ac tibi contigisse videtur.
 nescio enim, quam illarum potissimum Gnosiam esse affirmem
 rempublicam. *Athen.* Verae enim, o viri optimi, reipublicae
 vos participes estis. quae autem modo nominatae sunt, non
 reipublicae, sed urbium habitationes quaedam sunt: in qui-
 bus pars una servit alteri dominantanti, & a partis dominantis

δουλευουσῶν μέρεσιν ἑαυτῶν τισί. τὸ τοῦ δεσπότου δὲ ἐμάτη **P.**
 προσχρηρεύεται κράτος. χρῆν δ' εἶπερ τοῦ τοιοῦτου τὴν πόλιν ⁷¹³
 εἶδει ἐπονομάζεσθαι, τὸ τοῦ ἀληθοῦς τοῦ τῶν νοῦν ἔχοντων **a.**
 δεσπότητος θεοῦ ὄνομα λέγεσθαι. **ΚΛ.** Τίς δ' ὁ θεός; **ΑΘ.**
 Ἄρ' οὖν μύθῳ σμικρὰ γ' ἔτι προσχρησέον, εἰ μέλλομεν ἐμ-
 μελῶς πως δηλῶσαι τὸ νῦν ἐρωτώμενον; οὐκοῦν χρῆ ταύτη
 δρᾶν; **ΚΛ.** Πάνυ μὲν οὖν. **ΑΘ.** Τῶν γὰρ δὴ πόλεων ἂν ἐμ-
 προσθεν τὰς ξυνοικήσεις διήλθομεν, ἔτι προτέρα τούτων πάμ- **b.**
 πολυ λέγεται τίς ἀρχή τε καὶ οἰκήσις γεγονέναι ἐπὶ Κρόνου,
 μάλ' εὐδαίμων ἦς μίμημα ἔχουσα ἐστὶν ἤτις τῶν νῦν ἀριστο-
 κρατεῖται. **ΜΕΓ.** Σφόδρ' ἂν, ὡς ἔοικεν, εἴη περὶ αὐτῆς δέον
 ἀκούειν. **ΑΘ.** Ἐμοιγ' οὖν φαίνεται. διὸ καὶ παρήγαγον αὐ-
 τὴν εἰς τὸ μέσον τοῖς λόγοις. **ΜΕΓ.** Ὀρθότατά γε δρῶν' καὶ
 τόν γε ἔξῃς περαίνων ἂν μῦθον, ἧπερ προσῆκον ἐστὶ, μάλ'
 ἐρθῶς ἂν ποιήσῃς. **ΑΘ.** Δραστέον ὡς λέγετε. φήμην τοίνυν πα- **c.**
 ραδεδῆγμα τῆς τῶν τότε μακαρίας ζωῆς, ὡς ἀφθονά τε
 καὶ αὐτόματα πάντα εἶχεν. ἢ δὲ τούτων αἰτία λέγεται τοιαύ-

potentia, tota nomen accipit gubernatio. oportebat autem, si hoc modo nominanda sit civitas, Dei ipsius nomine nuncupari, qui illorum, qui mentis compotes sunt, verus est dominus. *Cli.* Quis autem iste Deus? *Athen.* An fabula paulisper utendum, si volumus commode, quod modo quaesitum est, declarare? an non sic faciendum? *Cli.* Sic omnino. *Athen.* Multo ante habitationes urbium, de quibus in superioribus facta nobis mentio est, principatus quidam & gubernatio sub Saturno valde felix fuisse dicitur: cuius imitationem quandam habet, quae nunc ab optimatibus gubernatur. *Cli.* Attentius ergo de ipsa, ut videtur, est audiendum. *Athen.* Mihi quidem ita videtur, proptereaue in medium eam modo produxi. *Meg.* Recte tu quidem: ac probe facies, si sequentem fabulam, quatenus convenit, exposueris. *Athen.* Faciam, ut dicitis. Fama profecto beatae illius vitae ad nos usque pervenit, copiosa ipsam omnia, suaque sponte parata habuisse. cuius rei causa fuisse haec traditur. Cum intelligeret Saturnus, quem-

- δε τις γινώσκων ὁ Κρόνος ἄρα (καθάπερ ἡμεῖς διεληλύθαμεν) ὡς ἀνθρωπεία φύσις οὐδεμία ἰκανή, τὰ ἀνθρώπινα διοικουῖσα αὐτοκράτωρ πάντα, μὴ οὐχ ὑβρεῶς τε καὶ ἀδικίας μεσοῦσθαι ταῦτ' οὖν διανοοῦμενος, ἐφίση βασιλέας γε καὶ
- d. ἄρχοντας ταῖς πόλεσιν ἡμῶν, οὐκ ἀνθρώπους, ἀλλὰ γένους θειοτέρου τε καὶ ἀμεινός, δαίμονας· οἷον νῦν ἡμεῖς δρῶμεν τοῖς ποιμνίοις, καὶ ὅσων ἡμεροὶ εἰσὶν ἀγέλαι οὐ βοῦς βοῶν, οὐδὲ αἴγας αἰγῶν ἄρχοντας ποιοῦμεν αὐτοῖς τινὰς, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτῶν δεσπότημεν, ἀμεινον ἐκείνων γένος. ταυτὸν ἄρα καὶ ὁ θεὸς δὴ καὶ Φιλάνθρωπος ὢν, τὸ γένος ἀμεινον ἡμῶν ἐφίση τὸ τῶν δαιμόνων· ὃ διὰ πολλῆς μὲν αὐτοῖς βραδύνης,
- e. πολλῆς δ' ἡμῖν ἐπιμελούμενον ἡμῶν, εἰρήνην τε καὶ αἰδῶ καὶ ἐλευθερίαν καὶ ἀφρονίαν δίκης παρεχόμενον, ἀσασίασα καὶ εὐδαίμονα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἀπειργάζετο γένη. λέγει δὴ καὶ νῦν οὗτος ὁ λόγος ἀληθείᾳ χρώμενος, ὡς ὅσων ἂν πόλεων μὴ θεὸς ἀλλά τις ἄρχη θνητὸς, οὐκ ἔστι κακῶν αὐτοῖς οὐδὲ πόνων ἀνάφραξις· ἀλλὰ μιμεῖσθαι δεῖν ἡμᾶς οἴεται πάση μηχανῇ τὸν ἐπὶ τοῦ Κρόνου λεγόμενον βίον, καὶ ὅσον ἐν ἡμῖν

admodum ipfi narravimus, nullam hominis naturam res humanas ita gubernare posse, ut si omnibus arbitrato suo dominetur, lasciviori superbia iniustitiaque non repleatur: cum haec, inquam, non ignoraret, non homines, sed divinioris praestantiorisque generis daemones, civitatibus nostris reges principesque praefecit: quod nunc nos in ovium gregibus aliorumque cicurum armentis facimus. non enim bobus boves, nec capris capras praeficimus, sed nos ipsis, genus melius, dominamur. Similiter Deus, homines amans, genus daemonum generi nostro praestantius nobis praefecit, quod summa tam sua, quam nostra facilitate nostrarum rerum curam habebat, pacemque & pudicitiam, libertatem & iustitiae copiam praebens, procul a seditione, ac felix hominum reddebat genus. Hic utique sermo veritate usus afferit, civitatibus omnibus, quibus non Deus, sed mortalis aliquis, dominetur, nullam unquam malorum laborumque fore quietem: sed omni studio imitari nos iubet vi-

ἀθανασίας ἔνεσι, τούτῳ πειθομένους, δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ τὰς τ' οἰκίσεις καὶ τὰς πόλεις διοικεῖν, τὴν τοῦ νοῦ διάνομήν ἐπονομάζοντας νόμον. εἰ δ' ἄνθρωπος εἷς, ἢ ὀλιγαρχία τις, ἢ καὶ δημοκρατία, ψυχὴν ἔχουσα ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ὀρεγομένην, καὶ πληροῦσθαι τούτων δεομένην, σέγουσαν δὲ οὐδὲν, ἀλλ' ἀνηγύτῳ καὶ ἀπλήτῳ κακῷ νοσήματι ξυνεχομένην, ἄρξει δὴ πόλεως ἢ τινος ἰδιώτου, καταπατήσας ὁ τοιοῦτος τοὺς νόμους· ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, οὐκ ἔστι σωτηρίας μηχανή. σκοπεῖν δὴ δεῖ τοῦτον τὸν λόγον ἡμᾶς, ὃ Κλεινία, πότερον αὐτῷ πεισόμεθα, ἢ πῶς δράσομεν. ΚΛ. Ἀνάγκη δὴ που πείθεσθαι. ΑΘ. Ἐννοεῖς οὖν ὅτι νόμων εἶδη φασὶ τινὲς εἶναι τσαυτά, ὅσαπερ πολιτειῶν. πολιτειῶν δὲ ἄρτι διεληλύθαμεν ὅσα λέγουσιν οἱ πολλοί. μὴ δὲ Φαύλου πέρι νομίσης εἶναι τὴν νῦν ἀμφισβήτησιν, περὶ δὲ τοῦ μεγίστου. τὸ γὰρ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον οἱ χρὴ βλέπειν, πάλιν ἡμῶν ἀμφισβητούμενον ἐλήλυθεν. οὔτε γὰρ πρὸς τὸν πόλεμον οὔτε πρὸς ἀρετὴν ὅλην βλέπειν δεῖν

tam, quae sub Saturno fuit, & quantum in nobis est immortalitatis, ipsi obtemperantes, privatim & publice domos civitatesque gubernare, ipsam mentis in qualibet re dispensationem, legem nuncupantes. Nam si homo unus, aut paucorum, aut etiam populi potestas, voluptati & cupiditati deditum animum habeat, hisque repleti desideret, cumque id minime affequatur, inexplebili inextinguibilique ardore & insanabili morbo vexetur, dominetur autem civitati aut privatis nonnullis: statim spretis legibus non est, ut modo dicebamus, spes ulla salutis. Considerare decet, o Clinia, utrum huic rationi credendum sit, an aliter faciendum. *Cli.* Neceffe est, ut credamus. *Athen.* Perspicias, tot legum species, quot & gubernationum, a quibusdam existimari. Gubernationum vero species quot multi ponunt, paulo ante narravimus. Neque de re vili nunc, sed de re maxima, nobis esse quaestionem existimes. nam quo iustum & iniustum respicere debeat, rursus in ambiguitatem incidit. nec enim ad bellum, nec ad omnem virtutem, referri leges debere aiunt: sed ad illud potius, quod

- Φασὶ τοὺς νόμους· ἀλλ' ἦτις ἂν καθεστηκυῖα ἢ πολιτεία, ταύτην δεῖν τὸ συμφέρον, ὅπως ἄρξει τε αἰεὶ καὶ μὴ καταλυθήσεται καὶ τὸν φύσει ὄρον τοῦ δικαίου λέγεσθαι κάλλιστ' οὕτω. ΚΛ. Πῶς; ΑΘ. Ὅτι τὸ τοῦ κρείττονος συμφέρον ἐστὶ. ΚΛ. Λέγ' ἔτι σαφέστερον ὦδε. ΑΘ. Τίθεται δέ που, Φασί, τοὺς νόμους ἐν τῇ πόλει ἐκάστοτε τὸ κρατοῦν. ἢ γὰρ; ΚΛ. Ἀληθῆ λέγεις. ΑΘ. Ἄρ' οὖν οἶει, Φασί, ποτὲ δῆμον νικῆσαντα, ἢ τινα πολιτείαν ἄλλην, ἢ καὶ τυραννίδα, δῆσεσθαι ἐκόντα πρὸς ἄλλό τι πρῶτον νόμους, ἢ τὸ συμφέρον ἑαυτῷ τῆς ἀρχῆς τοῦ μένειν; ΚΛ. Πῶς γὰρ ἂν; ΑΘ. Οὐκοῦν καὶ δεῖ ἂν ταῦτα τὰ τεθέντα παραβαίνει, κολάσει ὁ θέμενος ὡς ἀδικοῦντα, δίκαια εἶναι ταῦτ' ἐπονομάζων. ΚΛ. Ἔσικε γοῦν. ΑΘ. Ταῦτ' ἄρ' αἰεὶ καὶ οὕτω καὶ ταύτῃ τὸ δίκαιον ἂν ἔχοι. ΚΛ. Φησὶ γοῦν εὗτος ὁ λόγος. ΑΘ. Ἐστὶ γὰρ τοῦτο ἐν ἐκείνων τῶν ἀδικημάτων ἀρχῆς περί. ΚΛ. Ποίων δῆ; ΑΘ. Τῶν ἃ τότε ἐπεσκοποῦμεν, τίνας τίνων ἄρχειν δεῖ. καὶ ἐφάνη δῆ γονέας μὲν, ἐκγόνων νεωτέρων δὲ, πρεσβυτέρους γεν-

constitutæ reipublicæ conferat, quæcunque illa fit, ut dominetur semper, nec pereat: iustique definitionem sic natura optime se habere contendunt. *Cli.* Quo pacto? *Athen.* Quod potentiori confert. *Cli.* Apertius dicito. *Athen.* Sic accipe. Leges, ut aiunt, semper in civitate ponit, quod dominatur, nonne? *Cli.* Utique. *Athen.* Numquid existimas, inquit, vel populum superantem, vel etiam quampiam rempublicam, vel tyrannum, ad aliud potius sponte leges laturum, quam ad utilitatem suam, hoc est, sui principatus stabilitatem? *Cli.* Non ad aliud. *Athen.* Si quis autem huiusmodi leges transgrediatur iam positas, ut iniquus puniatur ab eo, qui has institutiones induxit, iustasque appellat. *Cli.* Sic apparet. *Athen.* Sic itaque iustum se semper habebit. *Cli.* Sic sane hæc asserit ratio. *Athen.* Una profecto hæc iniquitas ex illis est, quæ de principatu sunt. *Cli.* Ex quibus? *Athen.* Ex his, inquam, quas supra narravimus, quos quibus imperare oporteat, exponentes. Diximus autem, parentes filiis atque nepotibus, seniores iunior-

ναίους δὲ, ἀγεννῶν. καὶ συχνὰ ἄττα ἦν ἄλλ', εἰ μεμνήμεθα, καὶ ἐμπόδια ἕτερα ἑτέροις. καὶ δὴ καὶ ἐν ἦν αὐτῶν τοῦτο, καὶ ἔφαρμέν που κατὰ φύσιν τὸν Πίνδαρον ἀγειν δικαιοῦντα τὸ βριαϊότατον ὡς Φάναί. ΚΛ. Ναί' ταῦτ' ἦν ἃ τότε ἐλέχθη. p.

ΑΘ. Σκόπει δὴ ποτέροις τισὶν ἢ πόλις ἡμῖν ἐστὶ παραδοτέα. 715
γέγονε γὰρ δὴ μυριάκις ἤδη τὸ τοιοῦτον ἐν τισὶ πόλεσι. ΚΛ. a.

Τὸ ποῖον; ΑΘ. Ἀρχῶν περιμαχίτων γενομένων, οἱ νικῆσαντες, τὰ γε πράγματα κατὰ τὴν πόλιν οὕτως ἐσφετέρισαν σφόδρα, ὥστε ἀρχῆς μὴδ' ὄτιοῦν μεταδιδόναι τοῖς ἡττηθεῖσι, μῆτε αὐτοῖς, μῆτε ἐκγόνοις. παραφυλάττοντες δ' ἀλλήλους ζῶσιν, ὅπως μήποτε τις εἰς ἀρχὴν ἀφικόμενος ἐπανασῆ, με- b.
μνημένος τῶν ἐμπροσθεν γεγονότων κακῶν. ταύτας δὴπου Φαμέν ἡμεῖς νῦν οὐτ' εἶναι πολιτείας, οὐτ' ὄρθους νόμους, ὅσοι μὴ ξυμπάσης τῆς πόλεως ἕνεκα τοῦ κοινοῦ ἐτέθησαν· οἳ δ' ἕνεκα τινῶν, σασιωτείας ἀλλ' οὐ πολιτείας τούτους Φαμέν· καὶ τὰ τούτων δίκαια ἃ Φασιν εἶναι, μάτην εἰρησθῆαι. λέγεται δὲ τοῦ δ' ἕνεκα ταῦθ' ἡμῖν, ὡς ἡμεῖς τῇ σῆ πόλει ἀρχῆς,

ribus, generosos ignobilibus dominari debere: & alia quaedam, si tenetis, quorum aliis alia impedimento sunt, ex quibus unum hoc erat. adiecimusque, Pindarum existimare, secundum naturam ac iustum imperium esse, ut potentiora imbecillioribus dominantur. *Cli.* Haec certe tunc dicta fuerunt. *Athen.* Considera iam, quibus nostra civitas committenda. milites namque in civitatibus nonnullis id contigit. *Cli.* Quidnam? *Athen.* Cum de principatu certatum esset, qui vicerunt, adeo ad se solos rem contraxerunt, ut nullum victis eorumque posteris magistratum concesserint, caventes semper, ne quis ex victis, potentiam adeptus, insurgat priorum memor malorum. Has quidem nos negamus esse respublicas: neque censemus rectas esse eas leges, quae non sint communiter totius civitatis gratia positae. Qui autem aliquarum partium gratia leges condunt, eos non cives, sed seditiosos putamus, & iura sua frustra sic ab eis vocari censemus. Haec autem eam ob causam dicimus, quia nos tua in civitate non ideo magistratus alicui

- οὐθ' ὅτι πλούσιος ἐστὶ τις, δάσσομεν, οὐθ' ὅτι τῶν τοιούτων ἄλλο οὐδὲν κεκτημένος, ἰσχὺν, ἢ μέγεθος, ἢ τι γένος. ὅς δ' ἂν τοῖς τεθεῖσι νόμοις εὐπειθέστατός τ' ᾦ, καὶ νικᾷ ταύτην τὴν νίκην ἐν τῇ πόλει, τούτῳ φαμὲν καὶ τὴν τῶν θεῶν ὑπηρεσίαν δοτέον εἶναι τὴν μεγίστην τῷ πρώτῳ, καὶ δευτέραν τῷ τὰ δεύτερα κρατοῦντι καὶ κατὰ λόγον οὕτω τοῖς ἐφεξῆς τὰ μετὰ ταῦθ' ἕκαστα ἀποδοτέον εἶναι. τοὺς δ' ἄρχοντας λεγομένους, νῦν ὑπὲρ τὰς τοῖς νόμοις ἐκόλεσα, εὐτυ καινοτομίας
- d. ὀνομάτων ἕνεκα ἄλλ' ἠγοῦμαι παντὸς μᾶλλον εἶναι παρὰ τοῦτο σωτηρίαν τε πόλει, καὶ τούναντίον. ἐν ᾗ μὲν γὰρ ἂν ἀρχόμενος ἦ καὶ ἄκυρος νόμος, φθορὰν ὄρω τῇ τοιαύτῃ ἐτοίμῃ οὕσαν ἐν ᾗ δὲ ἂν δεσπότης τῶν ἀρχόντων, οἱ δὲ ἀρχοντες δοῦλοι τοῦ νόμου, σωτηρίαν, καὶ πάνθ' ὅσα θεοὶ πόλεσιν ἔδοσαν ἀγαθὰ γιγνόμενα καθορῶ. ΚΛ. Ναι μὰ Δί', ὧ ξένη. καθ' ἡλικίαν γὰρ ὀξὺ βλέπεις. ΑΘ. Νέος μὲν γὰρ ἂν πᾶς ἄνθρωπος, τὰ τοιαῦτα ἀμβλύτατα αὐτὸς αὐτοῦ ὄρα,
- e. γέρων δὲ ὀξύτατα. ΚΛ. Ἀληθέστατα. ΑΘ. Τί δὴ τὸ μετὰ ταῦτα; ἄρ' οὐχ ἠκοντας μὲν καὶ παρόντας θεῶμεν τοὺς ἐποί-

dabimus, quod dives fit, aut huiusmodi quidquam possideat, ut robur, magnitudinem, generis claritatem. ei vero, qui positus legibus parebit maxime, & hac re ceteris in civitate praestabit, Deorum quoque cultum & ministerium dabimus: maximum quidem primo, secundum vero illi, qui secundo loco excellet. eademque ratione sequentibus singula pro dignitate distribuemus. Magistratus autem legum ministros appellavi, non quia innovare vocabula cupiam, sed quia putem, salutem hinc maxime civitati fore, & contrarium ex contrario. Interitum enim paratum illi civitati video, in qua non lex magistratibus, sed legi magistratus praesunt: salutem vero illi, ubi lex fervientibus magistratibus dominatur. Cuncta certe bona, quae Dii civitatibus praebent, huic affore cerno. *Cli.* Per Iovem, hospes, acute, ut aetas tua postulat, perspicis. invenis enim haec obtuse admodum, senex acutissime cernit. *Meg.* Vera loqueris. *Athen.* Quid vero deinceps? nonne venisse

κους, τὸν δ' ἐξῆς αὐτοῖς διαπεραντέον ἂν εἴη λόγος; ΚΛ.
 Πῶς γὰρ οὐ; ΑΘ." Ἄνδρες τοίνυν Φῶμεν πρὸς αὐτοὺς, ὁ μὲν
 δὴ θεὸς (ὡσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος) ἀρχὴν τε καὶ τελευ-
 τὴν καὶ μέσα τῶν ὕψτων ἀπάντων ἔχων, εὐβείαν περαίνει p.
 κατὰ φύσιν περιπορευόμενος. τῷ δ' αἰεὶ ξυνέπεται δίκη τῶν 716
 ἀπολειπομένων τοῦ θεοῦ νόμου τιμωρός· ἧς ὁ μὲν εὐδαιμο-
 νήσειν μέλλων, ἐχόμενος, ξυνέπεται ταπεινὸς κεκοσμημένος·
 ὁ δὲ τις ἐξαρθρὸς ὑπὸ μεγαλχυχίας, ἢ χρήμασιν ἐπαίρόμενος,
 ἢ τιμαῖς ἢ καὶ σώματος εὐμορφίᾳ, ἅμα νεβτήτι καὶ ἀνοίᾳ,
 φλεγόμενος τὴν ψυχὴν μεθ' ὑβρεως, ὡς οὐτ' ἀρχοντος, οὔτε
 τινὸς ἡγεμόνος δεόμενος, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις ἰκανὸς ὢν ἡγεῖ-
 σθαι, καταλείπεται ἔρημος θεοῦ. καταλειφθεὶς δὲ, καὶ ἔτι b.
 ἄλλους τοιούτους προσλαβὼν, σκιρτᾷ ταραττων πάνθ' ἅμα·
 καὶ πολλὰς τισὶν ἔδοξεν εἶναί τις, μετὰ δὲ χρόνον οὐ πολὺν
 ὑποσχὼν τιμωρίαν οὐ μεμπτὴν τῇ δίκῃ, ἑαυτὸν τε καὶ οἴκου
 καὶ πόλιν ἄρδην ἀνάστατον ἐποίησε. πρὸς ταῦτ' οὖν οὕτω δια-
 τεταγμένα τί χρὴ δρᾶν, ἢ διανοεῖσθαι, καὶ τί μὴ, τὸν ἔμ-

iam ac adesse colonos arbitrari debemus, reliquumque ad eos
 fermonem peragere? *Cli.* Quid prohibet? *Athen.* Sic itaque ad
 eos dicamus: Deus, o viri, sicut antiquus quoque sermo tes-
 tatur, principium, finem, & media rerum omnium continens,
 recta peragit secundum naturam circuens. Hunc semper iudi-
 cium comitatur, eos, qui a divina lege desciverint, puniens.
 cui quidem iudicio, quicumque felix futurus est, adhaerens, hu-
 milis subsequitur atque compositus. Qui autem superbia elat-
 us est, quod pecunia vel honoribus antecellat, vel corporis
 forma polleat, quacum iuvenilis animus dementia simul ar-
 deat & petulantia, quasi nec principe nec duce ullo indigeat,
 sed aliorum ipse sufficiens ductor sit, is penitus a Deo dese-
 ritur. desertus autem, & alios huiusmodi nactus, exultat,
 omnia simul perturbans, multisque videtur minime contemnen-
 tus. brevi tamen postea inculpabili Dei punitus iudicio, se ipsum,
 omnium suam, civitatemque universam simul evertit. Cum
 nec igitur ita disposita sint, quid facere & cogitare, quidve

- φρονα; ΚΑ. Δῆλον δὴ τοῦτό γε, ὡς τῶν ξυνακολουθησόντων ἐσόμενον τῷ θεῷ, δεῖ διανοηθῆναι πάντα ἄνδρα. ΑΘ.
- c. Τίς οὖν δὴ πράξις Φίλη καὶ ἀκόλουθος θεῷ; μία, καὶ ἓνα λόγον ἔχουσα ἀρχαῖον, ὅτι τῷ μὲν ὁμοίω τὸ ὅμοιον ὄντι μετρίῳ Φίλον ἂν εἶη, τὰ δ' ἄμετρα, οὔτ' ἀλλήλοις, οὔτε τοῖς ἐμμέτροις. ὁ δὲ θεὸς ἡμῖν πάντων χρημάτων μέτρον ἂν εἶη μάρισα, καὶ πολὺ μᾶλλον ἢ που τίς, ὡς Φασιν, ἄνθρωπος. τὸν οὖν τῷ τοιοῦτῳ προσφιλεῖ γενησόμενον, εἰς δύναμιν ὅτι μάρισα καὶ αὐτὸν τοιοῦτον ἀναγκαῖον γίγνεσθαι. καὶ κατὰ
- d. τοῦτον δὴ τὸν λόγον, ὁ μὲν σώφρων ἡμῶν, θεῷ φίλος (ὅμοιος γάρ) ὁ δὲ μὴ σώφρων, ἀνόμοιός τε καὶ διάφορος, καὶ ἄδικος. καὶ τᾶλλα οὕτω κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἔχει. νοήσωμεν δὴ τούτοις ἐπόμενον εἶναι τὸν τοιόνδε λόγον, ἀπάντων κάλλιπον καὶ ἀληθέστατον, οἶμαι, λόγων ὡς τῷ μὲν ἀγαθῷ εὖεῖν καὶ προσομιλεῖν δὴ τοῖς θεοῖς, καὶ εὐχαῖς καὶ ἀναθήμασι καὶ ξυμπάσῃ θεραπείᾳ θεῶν, κάλλιπον καὶ ἄριπον καὶ ἀνυσιμώτατον πρὸς τὸν εὐδαίμονα βίον, καὶ δὴ καὶ διαφερόντως πρέ-

cavere prudentem oportet? *Cli.* Nemini dubium, quin cogitare quisque debeat, qua ratione ex eorum numero fit, qui Deum sequantur. *Athen.* Quenam igitur actio a Deo amatur, Deumque sequitur? Una certe, rationem unam antiquam habens atque praecipuam, quod simile simili, quod moderatum fit, amicum est. immoderata vero neque invicem, neque moderatis sunt amica. Deus profecto nobis rerum omnium maxime fit mensura, multoque magis, quam quivis, ut ferunt, homo. Qui igitur huic tali amicus fore studet, eum necesse est, ut quam maxime pro viribus talis efficiatur. Atqui secundum hanc rationem, quisquis hominum temperatus est, Deo est amicus: similis enim. intemperatus autem, dissimilis, differens, & iniustus: ceteraque similiter. Sed intelligamus, ad hanc rationem illam sequi, omnium rationum, ut arbitror, pulcherrimam: que verissimam, quod bonum virum decet sacrificare Diis: interesse divinis. nempe illos prosequi orationibus, muneribus, alioque cultu divino, pulcherrimum, optimum, commod-

που τῷ δὲ κακῷ τούτων τάναντία πέφυκεν. ἀκάθαρτος γὰρ ε.
 τὴν ψυχὴν ὅγε κακός· καθαρὸς δὲ ὄγ' ἐναντίος. παρὰ δὲ
 μικροῦ δῶρα οὔτ' ἀνδρ' ἀγαθὸν οὔτε θεὸν ἐστὶ ποτὲ τόγε ὀρθὸν
 δέχεσθαι. μάτην οὖν περὶ θεοῦ ὁ πολὺς ἐστὶ πόνος τοῖς ἀνο- P-
 σοῖσι· τοῖς δὲ σοῖσις ἐγκαιρότατος ἄπασι. σκοπὸς μὲν οὖν ἡμῶν ⁷¹⁷
 οὗτος οὐ δεῖ φοχάζεσθαι βέλη δὲ αὐτοῦ καὶ οἶον ἢ τοῖς βέλε- a.
 σιν ἔφεις, τὰ ποῖ' ἂν λεγόμενα, ὀρθότατ' ἂν φέροιτο; πρῶ-
 τον μὲν, Φαμὲν, τιμὰς τὰς μετ' Ὀλυμπίους τε καὶ τοὺς τὴν
 πόλιν ἔχοντας θεοῦς, τοῖς χθονίοις ἂν τις θεοῖς ἄρτια καὶ
 δεῦτερα καὶ ἀριστερὰ νέμων, ὀρθότατα τοῦ τῆς εὐσεβείας σκο-
 ποῦ τυγχάνοι τοῖς δὲ τούτων ἀναθεῖν, τὰ περιττὰ καὶ ἀντί- b:
 φωνα τοῖς ἔμπροσθεν ῥηθεῖσι νῦν δὴ. μετὰ θεοῦ δὲ τούσδε,
 καὶ τοῖς δαίμοσιν ὄγ' ἔμφρων ὀργιάζοιτ' ἂν ἤρωσι δὲ μετὰ
 τούτους. ἐπακολουθεῖ δ' αὐτοῖς ἰδρύματα ἴδια πατρῶων θεῶν
 κατὰ νόμον ὀργιαζόμενα. γονέων δὲ μετὰ ταῦτα τιμαὶ ζών-
 των, ὡς δέμεις, ὀφείλονται ἀποτίνειν τὰ πρῶτά τε καὶ μέγιστα
 ὀφειλήματα χρεῶν πάντων πρεσβύτατα. νομίζειν δὲ, ἂ κέ-

mum ad beatam vitam, idque prae ceteris est decorum. Malo
 autem contra contingunt omnia. impurus enim mali est ani-
 mus: boni autem, purus. ab impuro autem capere munera,
 neque bonum virum, neque Deum decet. Frustra itaque circa
 Deos profani laborant: quod opportune faciunt omnes sancti.
 Atqui signum quidem hoc est, quo aciem debemus intendere.
 Sagittae vero ad illud quaenam, & quis proprius ipsarum im-
 petus, rectissime dicere? Principio post coelestium, civitatisque
 praesidentium Deorum honores, si quis terrestribus Diis paria,
 secunda, praecipua munera tribuat, rectissime signum ipsum
 pietatis attinget. Quae vero horum supra positorum imparia,
 & alterna voce respondentia supra dictis, post Deos istos dae-
 monibus vir mentis compos sacrificabit: heroibusque post
 daemones. Sequuntur statuae patriorum Deorum propriae, se-
 cundum legem consecratae. Demum viventium cultus paren-
 tum, quibus fas est prima & maxima debita, omnium anti-
 quissima debitorum, persolvere. putare enim quisque debet,

- κτιγται καὶ ἔχει, πάντα εἶναι τῶν γεννησάντων καὶ θρεψά-
 c. μένων, πρὸς τὸ παρέχειν αὐτὰ εἰς ὑπηρεσίαν ἐκείνοις κατὰ
 δύναμιν πᾶσαν, ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς οὐσίας· δεύτερα, τὰ τοῦ
 σώματος· τρίτα, τὰ τῆς ψυχῆς· ἀποτίνοῦτα δανείσματα ἐπι-
 μελείας τε καὶ ὑπερπονούντων ᾧδῖνας παλαιᾶς ἐπὶ νέοις δανει-
 σθείσας. ἀποδιδόντα δὲ παλαιοῖς ἐν τῷ γήρα σφόδρα κεχρη-
 μένοις. παρὰ δὲ πάντα τὸν βίον ἔχειν τε καὶ ἐσχημέναι χρεὴ
 πρὸς αὐτοῦ γονέας εὐφημίαν διαφερόντως· διότι κούφων καὶ
 d. πτηγῶν λόγων βαρυτάτη ζημία. πᾶσι γὰρ ἐπίσκοπος τοῖς περὶ
 τὰ τοιαῦτα ἐτάχθη Δίκης Νέμεσις ἄγγελος. θυμουμένοις τε
 οὖν ὑπείκειν δεῖ, καὶ ἀποπιμπλάσι τὸν θυμὸν, ἔάν τ' ἐν λό-
 γοις, ἔάν τ' ἐν ἔργοις δρῶσι τὸ τοιοῦτον, ξυγγινώσκοντα ὡς
 εἰκότως μάλιστα πατὴρ υἱεῖ, δοξάζων ἀδικεῖσθαι, θυμοῖτ' ἄν
 διαφερόντως. τελευτησάντων δὲ γονέων ταφή μὲν ἢ σωφρο-
 νέσατη, καλλίστη μὴθ' ὑπεραίροντα τῶν εἰθισμένων ὄγκων,
 e. μὴτ' ἔλλείποντα ὧν οἱ προπάτορες τοὺς ἑαυτῶν γεννήτας
 ἐτίθεσαν. τάς τε αὖ κατ' ἐνιαυτὸν τῶν ἤδη τέλος ἔχόντων

omnia, quae possidet, eorum esse, qui genuerunt, & educarunt, ita ut illis haec omnia pro viribus ministrare debeat, primum quidem externa bona, deinde etiam corporis, postremo quae ad animum pertinent: haec omnia videlicet mutuo data persolvens, & pro curis doloribusque priscis parentum, in senecta recentes reddens, quando maxime indigent. In verbis quin etiam per totam vitam parentes venerari maxime decet. Levium enim volatiliumque verborum gravissima imminet poena, nam omnibus praeposita est Nemesi iudicii angelus, huiusmodi omnium consideratrix. Oportet itaque iratis animumque expletibus cedere, seu verbis, sive rebus id faciant, non ignorantes, patrem iure admodum filio valde succensere, si quando ab eo iniuriam sibi fieri arbitretur. Mortuis vero parentibus monumenta decentissima, quae temperatissime structa: neque consuetam magnitudinem oportet excedere, neque minora illis facere, quae maiores genitoribus suis struebant. Annuas quoque curas defunctorum, quae ornamentum afferunt, instaurare decet,

ὀσάυτως ἐπιμελείας τὰς κόσμον φερούσας ἀποδιδόναι. τῷ δὲ
 μὴ παραλείπειν μνήμην ἐνδελεχῆ παρεχόμενον, τούτῳ μάλιστα
 αἰεὶ προσβέβηκεν, δαπάνης τε τῆς διδομένης ὑπὸ τύχης τὸ μέ- p.
 τριον τοῖς κεκμηκόσι νέμονται. ταῦτ' οὖν ποιῶντες καὶ κατὰ 718
 ταῦτα ζῶντες ἐκάστοτε ἕκαστοι, τὴν ἀξίαν ἂν παρὰ θεῶν καὶ a.
 ὅσοι κρείττονες ἡμῶν κομιζοίμεθα, ἐν ἐλπίσιν ἀγαθαῖς διάγον-
 τες τὸ πλεῖστον τοῦ βίου. ἃ δὲ πρὸς ἐκγόνοους καὶ ξυγγενεῖς
 καὶ φίλους καὶ πολίτας, ὅσα τε ξενικὰ πρὸς θεῶν θεραπεύ-
 ματα καὶ ὀμιλίαις, ξυμπάντων τούτων ἀποτελοῦντα τὸν ἑαυ-
 τοῦ βίον φαιδρυόμενον, κατὰ νόμον κοσμεῖν δεῖ, τῶν νόμων b.
 αὐτῶν ἢ διέξοδος, τὰ μὲν πείθουσα, τὰ δὲ μὴ ὑπέικοντα πει-
 ποῖ τῶν ἡθῶν, βία καὶ δίκη κολάζουσα, τὴν πόλιν ἡμῖν ξυμ-
 βουληθέντων θεῶν μακαρίαν τε καὶ εὐδαίμονα ἀποτελεῖ. ἃ δὲ
 χρῆ μὲν αὖ καὶ ἀναγκαῖον εἶπειν νομοθέτην ὅστις ἄπερ ἐγὼ
 διανοεῖται, ἐν δὲ σχήματι νόμου ἀναρμοσεῖ λεγόμενα, τού-
 των περὶ δοκεῖ μοι δεῖγμα προσενεγκόντα αὐτῷ τε καὶ ἐκεί-
 νοις οἷς νομοθετήσῃ, τὰ λοιπὰ πάντα εἰς δύναμιν διεξελθόν- c.

& nova quotidie repetita memoria semper parentes summo-
 pere honorare, impendio moderate pro fortuna utentes. Si haec
 fervabimus, vitamque semper ita agemus singuli, digna a Diis
 ceterisque natura nostra superioribus omnibus praemia repor-
 tabimus, plurimum bona cum spe viventes. Quae vero erga
 filios & nepotes, consanguineos, amicos, cives, peregrinos,
 Deos semper colendo, tum in congressu horum omnium, ope-
 rari quisque debeat, atque ita vitam suam secundum legem il-
 lustrare, legum ipsarum tractatio demonstrabit, partim quidem
 suadendo, partim vero duriores mores vi supplicioque cogendo:
 atque ita civitatem nostram, faventibus Diis, felicem bea-
 tamque efficiet. Quae vero rursus oportet necessariumque est,
 ut legislator, qui eadem, quae & ego, agitet, edifferat, neque
 tamen sub ipsa legis forma commode dici posse videntur, ho-
 rum exemplum inprimis tam ipsi legumlatori, quam his, qui
 lege instituendi sunt, arbitror afferendum: deinde legum posi-
 tionem incipiendam, reliqua omnia pro viribus discutiendo.

- τα, τὸ μετὰ τοῦτο ἀρχεσθαι τῆς θέσεως τῶν νόμων. ἔτι δὲ δὴ τὰ τοιαῦτα ἐν τίνι μάλιξα σχήματι κείμενα, οὐ πάνυ ῥᾶδιον ἐν ἐνὶ περιλαβόντα εἰπεῖν αὐτὰ, ὅσον τινὶ τύπῳ· ἀλλ' οὕτωςι τινὰ τρόπον λάβωμεν ἂν τι δυνώμεθα περὶ αὐτῶν βεβαιώσασθαι. ΚΛ. Λέγε τὸ ποῖον. ΑΘ. Βουλοίμην ἂν αὐτοὺς ὡς εὐπειθεσάτους πρὸς ἀρετὴν εἶναι καὶ δῆλον ὅτι πειράσεται
- d. τοῦτο ὁ νομοθέτης ἐν ἀπάσῃ ποιεῖν τῇ νομοθεσίᾳ. ΚΛ. Πῶς γὰρ οὐ; ΑΘ. Τὰ τοίνυν δὴ λεχθέντα ἔδοξε τί μοι προὔργου δρᾶν εἰς τὸ περὶ ὧν ἂν παραινῆ μὴ παντάπασιν ὠμῆς ψυχῆς λαβόμενα, μᾶλλον δ' ἡμερώτερόν τε ἂν ἀκούειν καὶ εὐμενέστερον. ὥστε, εἰ καὶ μὴ μέγα τί, μικρὸν δὲ, τὸν ἀκούοντα ὑπερ Φησίν, εὐμενέστερον γιγνόμενον, εὐμαθέστερον ἀπεργάζεται, πᾶν ἀγαπιτόν. οὐ γὰρ πολλή τις εὐπέτεια, οὐδὲ ἀφθογία τῶν προθυμουμένων ὡς ἀρίστων ὅτι μάλιξα καὶ ὡς τάχις
- e. γίνεσθαι. τὸν δὲ Ἡσίοδον οἱ πολλοὶ σοφὸν ἀποφαίνουσι, λέγοντα ὡς ἡ μὲν ἐπὶ τὴν κακότητα ὁδὸς, λεία καὶ ἀνιδιτὶ παρέχει πορεύεσθαι, μάλα βραχέϊα οὕσα·

Τῆς δ' ἀρετῆς [φησίν] ἰδρᾶτα θεοὶ προπάροιδεν ἔθικαν

Talia vero quomodo maxime habeant, haud sane facile una quadam formula comprehendī potest. sed ita de ipsis modum aliquem capiamus, si quid de ipsis asseverare possumus. *Cli.* Dic, age, quem modum? *Athen.* Vellem equidem eos ad virtutis officia persuasos maxime & obtemperantes esse: idque legislator facere ubique conabitur. *Cli.* Quidni? *Athen.* Quae igitur dicta sunt, nonnihil ad illud conducere mihi videntur, ut, si non crudus omnino audientis animus sit, mitior benevolentiorque in audiendis praeeceptis efficiatur; benevolentior vero factus, facilius perdiscat. quod si non omnino peragatur, aliquo saltem modo factum, satis esse putandum est. non enim magna est eorum copia, qui optimi quam maxime & celerime conentur evadere. Hesiodum vero sapientem multi praedicant, cum dicat, viam ad vitia planam esse, ac sine sudore peragi, cum brevissima sit. *Ante virtutem vero, inquit, sudorem Dii immortales posuerunt. ac via, quae ad eam ducit, lon-*

Ἄθάνατοι μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐς αὐτήν·

Καὶ τριχὺς τοπρῶτον ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἰκνῆται,

Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.

P.
719
a.

ΚΛ. Καὶ καλῶς γ' εἶοικε λέγοντι. ΑΘ. Πάνυ μὲν οὖν. ὁ δὲ
προάγων λόγος ὁ γε μοι ἀπείργασαι, βούλομαι ὑμῖν εἰς τὸ
μέσον αὐτὸ δεῖναι. ΚΛ. Τίθει δὴ. ΑΘ. Λέγωμεν δὴ, τῷ
νομοθέτῃ διαλεγόμενοι, τόδε, Εἰπέ ἡμῖν, ὦ νομοθέτα εἴπερ ὅ,
τι χρὴ πράττειν ἡμᾶς καὶ λέγειν εἰδείης, ἄρ' οὐ δῆλον ὅτι
καὶ ἂν εἴποις; ΚΛ. Ἄναγκαῖον. ΑΘ. Σμικρῷ μὲν δὴ πρόσ-
θεν ἄρα οὐκ ἠκούσαμεν σοῦ λέγοντος ὡς τὸν νομοθέτην οὐ δεῖ
τοῖς ποιηταῖς ἐπιτρέπειν λέγειν ὃ ἂν αὐτοῖς ἢ φίλον; οὐ γὰρ
ἂν εἰδείην τί ποτ' ἐναντίον τοῖς νόμοις ἂν λέγοντες βλάπτειν
τὴν πόλιν; ΚΛ. Ἀληθῆ μέντοι λέγεις. ΑΘ. Ὑπὲρ δὲ τῶν
ποιητῶν εἰ τάδε λέγοιμεν πρὸς αὐτήν, ἄρ' ἂν τὰ λεχθέντα εἴη
μέτρια; ΚΛ. Ποῖα τάδε; ΑΘ. Παλαιὸς μῦθος, ὦ νομοθέ-
τα, ὑπὸ τε αὐτῶν ἡμῶν ἀεὶ λεγόμενος ἐστὶ, καὶ τοῖς ἄλλοις
πᾶσι ξυυδεδογμένος, ὅτι ποιητῆς, ὁπόταν ἐν τῷ τρίποδι τῆς
Μούσης καθίζηται, τότε οὐκ ἔμφρων ἐστίν, οἷον δὲ κρήνη τις
τὸ ἐπίδον ῥεῖν ἐταίμως ἐᾷ· καὶ τῆς τέχνης οὔσης μιμήσεως,

*ga, ardua, & aspera primum: sed postquam ad summa fastigia
perventum est, quae ardua via fuerat, facilem praestat callem.*
Cli. Bene dicere videtur. *Athen.* Ita certe est. verum quo ser-
monis spectabat progressio, volo in medio vobis proponere.
Cli. Ponas. *Athen.* Orationem ad legislatorem sic vertamus:
Dic nobis, o legislator, si scires, quid agendum dicendumque
nobis sit, nonne diceres? *Cli.* Necessario. *Athen.* An non pau-
lo ante dicentem audivimus, non debere legislatorem poetis
permittere, ut, quaecunque sibi placent, effingant? non enim
intelligunt, quae dicta contra leges noceant civitati. *Cli.* Vera
loqueris. *Athen.* Si de poetis haec ad eum dixerimus, erunt-
ne nobis modeste dicta? *Cli.* Quaenam haec? *Athen.* Vetus,
o legislator, fabula passim a nobis fertur, atque a ceteris
omnibus confirmatur, poetam, quando in Musae tripode sedet,
non esse mentis compotem, sed quasi fontem fluere, & quae-

- ἀναγκάζεται, ἐναντίως ἀλλήλοις ἀνθρώπους ποιῶν διατιθε-
 μένους, ἐναντία λέγειν αὐτῷ πολλάκις· οἶδε δὲ οὐτ' εἰ ταῦτα
 οὐτ' εἰ θάτερα ἀληθῆ τῶν λεγομένων. τῷ δὲ νομοθέτῃ τοῦτο
 d. οὐκ ἔστι ποιεῖν ἐν τῷ νόμῳ, δύο περὶ ἐνὸς, ἀλλὰ ἓνα περὶ ἐνὸς
 αἰεὶ δεῖ λόγον ἀποφαίνεσθαι. σκέψαι δ' ἔξ αὐτῶν τῶν ὑπὸ
 σοῦ νῦν δὴ λεχθέντων. οὔσης γὰρ ταφῆς, τῆς μὲν, ὑπερβε-
 βλημένης, τῆς δὲ, ἑλλειπούσης, τῆς δὲ, μετρίας· τὴν μίαν
 ἐλόμενος σὺ, τὴν μέσην, ταύτην προστάττετε καὶ ἐπῆνεσας
 ἀπλῶς. ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν γυνὴ διαφέρουσα εἴη πλούτῳ, καὶ
 θάπτειν αὐτὴν διακελεύοιτο, ἐν τῷ ποιήματι τὸν ὑπερβάλ-
 e. λοντα ἂν τάφον ἐπαινοῖην· Φειδῶλός δ' αὖ τις καὶ πένης ἀνὴρ
 τὸν καταδεᾶ μέτρον δὲ οὐσίας κεντημένος, καὶ μέτριος αὐ-
 τὸς ὢν, τὸν αὐτὸν ἂν ἐπαινέσοι. σοὶ δ' οὐχ οὕτω ῥητέον ὡς
 νῦν εἶπες, μέτριον εἰπών. ἀλλὰ τί τὸ μέτριον καὶ ὀπόσον,
 ῥητέον ἢ τὸν τοιοῦτον λόγον μήπω σοὶ διανοοῦ γίνεσθαι
 νόμον. ΚΛ. Ἀληθέστατα λέγεις. ΑΘ. Πότερον οὖν ἡμῖν ὁ
 τεταγμένος ἐπὶ τοῖς νόμοις μηδὲν τοιοῦτον προσαγορεύει ἐν

cunque influunt, profus effundere. Cumque ars eius imitatio
 quaedam sit, & contrarios affectus hominum exprimat, faepe
 cogi poëtam sibi ipsi contraria dicere: neque scire, utrum haec,
 an illa, vera sint. Legislatori autem non licet duo quaedam di-
 versa de uno in lege loqui, sed unum debet semper enuntiare
 de uno. Id autem ex his, quae modo dicebas, animadvertes.
 Cum sepulcrorum alia excedant, alia deficient, alia medium
 teneant, mediocria tu simpliciter laudasti, fierique sola iussisti.
 Ego autem, si uxor mihi ditissima esset, iuberetque, ut eam
 magnifice sepelirem, in poëmate excedens sepulcrum lauda-
 rem: pauper item vir atque avarus, deficiens. qui vero me-
 diocres divitias possidet, & ipse quoque moderatus sit, me-
 dium laudabit. Sed tibi non ita dicendum, sicut dicebas mo-
 do, ut scilicet mediocre solummodo dicas, sed quid quantum-
 que mediocre sit, exponendum. aliter ne putes orationem
 huiusmodi legem esse. *Cli.* Vera loqueris. *Athen.* Utrum qui
 legibus condendis incumbit, nihil tale in legum exordio dicet,

ἀρχῆ τῶν νόμων; ἀλλ' εὐθὺς ὁ δεῖ ποιεῖν καὶ μὴ, Ὁράζην τε, καὶ ἐπαπειλήσας τὴν ζήμειαν, ἐπ' ἄλλον τρέπηται νόμον; P. 720
 παραμυθίας δὲ καὶ πειθοῦς τοῖς νομοθετοῦμένοις μηδὲν προσ- a.
 διδῶ; καθάπερ ἰατροὺς δέ τις, ὁ μὲν, οὕτως, ὃδ' ἐκείνως ἡμᾶς εἰώθειν ἐκάστοτε θεραπεύειν ἀναμιμνησκόμεθα δὲ τὸν τρόπον ἐκάτερον, ἵνα τοῦ νομοθέτου δεώμεθα, καθάπερ ἰατροῦ δέουτο ἂν παῖδες, τὸν πράξαστον αὐτὸν θεραπεύειν τρόπον ἑαυτοῦς. εἶον δὴ τι λέγομεν εἰσὶ που τινὲς ἰατροὶ, Φαμὲν, καὶ τινες ὑπερέται τῶν ἰατρῶν; ἰατροὺς δὲ καλοῦμεν δὴ που καὶ τούτους; ΚΛ. Πάνυ μὲν οὔν. ΑΘ. Ἐάν τέ γ' ἐλεύθεροι ᾧσιν, b.
 ἔάν τε δούλοι, κατ' ἐπίταξιν δὲ τῶν δεσποτῶν καὶ θεωρίαν καὶ κατ' ἐμπειρίαν τὴν τέχνην κτῶνται, κατὰ φύσιν δὲ μὴ, καθάπερ οἱ ἐλεύθεροι, αὐτοὶ τε μεμαθήκασιν οὕτω, τοὺς τε αὐτῶν διδάσκουσι παῖδας; θείης ἂν ταῦτα δύο γένη τῶν καλουμένων ἰατρῶν; ΚΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΑΘ. Ἄρ' οὔν καὶ ξυνοεῖς ὅτι δούλων καὶ ἐλευθέρων ὄντων τῶν καμνόντων ἐν ταῖς πόλεσι, τοὺς μὲν δούλους σχεδόν τι οἱ δούλοι τὰ πολλὰ c.
 ἰατρῶσιν περιτρέχοντες, καὶ ἐν τοῖς ἰατρείοις περιμένοντες;

fed statim, quid faciendum fit, & quid non, exponet: multa-
 que imposta, ad aliam se legem vertet, nulla ratione ad ex-
 hortandum persuadendumque allata? Afferamus autem in me-
 dium modos medendi duos, quibus alii medici aliter curare
 consueverunt: ut quemadmodum pueri medicum orant, ut
 modo quam facillimo eos curet, ita & nos legumlatorem.
 Quod ut fiat apertius, nonne dicimus, quosdam medicos esse,
 & quosdam medicorum ministros, quos etiam medicos appel-
 lamus? *Cli.* Sic omnino. *Athen.* Sive liberi sint, sive servi,
 qui dominorum iussu, consideratione, usu, & experientia ar-
 tem possideant: non autem secundum naturam, sicuti liberi,
 qui & ipsi sic didicerunt, & suos filios instruunt? An ponis
 duo haec genera medicorum? *Cli.* Quid prohibet? *Athen.* Num
 igitur intelligis, cum servi & liberi in civitate aegrotent, servos
 a servis plerumque curari, qui & in medicorum officinis
 versantur, & omnia circumeunt? nec rationem ullam de *sin-*
Plat. Oper. Vol. VIII. N

- καὶ οὔτε τινὰ λόγον ἐκάστου περὶ νοσήματος ἐκάστου τῶν οἰκε-
 τῶν οὔδεις τῶν τοιούτων ἰατρῶν δίδωσιν οὐδ' ἀποδέχεται;
 προστάξας δ' αὐτῶ τὰ δόξαντα ἐξ ἐμπειρίας, ὡς ἀκριβῶς
 εἰδῶς, καθάπερ τύραννος, αὐθαδῶς οἴχεται ἀποπηδήσας πρὸς
 ἄλλον κάμνοντα οἰκέτην· καὶ βραδύνην οὕτω τῷ δεσπότῃ
 παρασκευάζει τῶν κάμνόντων τῆς ἐπιμελείας; ὁ δὲ ἐλεύθερος
- d. ὡς ἐπιτοπλεῖσον τὰ τῶν ἐλευθέρων νοσήματα θεραπεύει τε
 καὶ ἐπισκοπεῖ· καὶ ταῦτα, ἐξετάζων ἀπ' ἀρχῆς καὶ κατὰ
 φύσιν, τῷ κάμνοντι κοινούμενος αὐτῷ τε καὶ τοῖς φίλοις,
 ἅμα μὲν αὐτὸς μαυθάνει τί παρὰ τῶν νοσοῦντων, ἅμα δὲ,
 καθόσον οἴσπε ἐσι, διδάσκει τὸν ἀσθενοῦντα αὐτόν· καὶ οὐ
 πρότερον ἐπέταξε πρὶν ἂν πη ξυμπίσῃ. τότε δὲ μετὰ πειθοῦς
 ἡμερούμενον αἰεὶ παρασκευάζων τὸν κάμνοντα, εἰς τὴν ὑγίειαν
- e. ἄγων, ἀποτελεῖν πειρᾶται. πότερον οὕτως ἢ ἐκείνως ἰατρός
 τε ἰώμενος, ἀμείνων, καὶ γυμναστῆς γυμνάζων; διχῆ τὴν
 μίαν ἀποτελῶν δύναμιν, ἢ μοναχῆ; καὶ κατὰ τὸ χειρὸν
 τοῖν δυοῖν καὶ ἀγριώτερον ἀπεργαζόμενος; ΚΛ. Πολύ που
 διάφορον, ὧ ξέγε, τὸ διπλῆ. ΑΘ. Βούλει δὴ καὶ θεασώμεθα

gulis fervorum morbis aut reddunt, aut accipiunt: sed quae
 usu prodesse videntur, quasi exacte scientes, tyrannorum in-
 star superbe & pertinaciter imperant, atque ita a servo ad ser-
 vum medentes transfvolant? in quo sane ad curandos aegro-
 tantes domino facilitatem parant. Liber autem medicus libe-
 rorum ut plurimum morbos curat atque considerat, ita ut a
 principio morbi naturam perquirat, communiterque cum ae-
 grotante atque eius amicis versetur, tum discendo ab illis non-
 nihil, tum, quoad fieri potest, docendo: nec ante imperat quid-
 quam, quam persuaserit. atque ita persuadendo semper, man-
 suete ad sanitatem perducere aegrotantes conatur. Uter melior
 est & medicus & exercitator, qui sic, an qui modo illo, me-
 detur, atque exercet? qui videlicet dupliciter vim unam per-
 ficit, an qui simpliciter, & eum, qui deterior ex duobus atque
 atrocior modus est, exsequitur? *Cli.* Multum praestat, hospes,
 qui hoc dupliciter peragit. *Athen.* Vis ergo, duplex hoc atque

τὸ διπλοῦν τοῦτο καὶ ἀπλοῦν ἐν ταῖς νομοθεσίαις αὐταῖς γι-
γνώμενον; ΚΛ. Πῶς γὰρ οὐ βούλομαι; ΑΘ. Φέρε δὴ πρὸς
θεῶν, τιν' ἄρα πρῶτον νόμον θεῖτ' ἂν ὁ νομοθέτης; ἄρ' οὐ,
κατὰ φύσιν, τὴν περὶ γενέσεως ἀρχὴν πρώτην πόλεων περὶ
κατακοσμήσει ταῖς τάξεσι; ΚΛ. Τι μὲν; ΑΘ. Ἄρχῃ δ' ἐστὶ p.
τῶν γενέσεων πάσαις πόλεσιν ἄρ' οὐχ ἢ τῶν γάμων σύμ- 721
μιξις καὶ κοινωνία; ΚΛ. Πῶς γὰρ οὐ; ΑΘ. Γαμικοὶ δὲ νό- a.
μοι πρῶτοι κινδυνεύουσι τιθέμενοι, καλῶς ἂν τιθεσθαι πρὸς
δρθότητα πάσῃ πόλει. ΚΛ. Παντάπασι μὲν οὖν. ΑΘ. Λέ-
γαμεν δὴ πρῶτον τὸν ἀπλοῦν. ἔχει δ' ἂν πως ἴσως ὧδε γα-
μεῖν δὲ, ἐπειδὴν ἐτῶν ἤ τις τριάκοντα, μέχρῃς ἐτῶν πέντε b.
καὶ τριάκοντα. εἰ δὲ μὴ, ζημιόσθαι χρήμασί τε καὶ ἀτι-
μίᾳ· χρήμασι μὲν τόσοις καὶ τόσοις, τῆδε καὶ τῆδε ἀτιμίᾳ.
ὁ μὲν ἀπλοῦς ἔσω τις τοιοῦτος περὶ γάμων ὁ δὲ διπλοῦς,
ὧδε. γαμεῖν δὲ, ἐπειδὴν ἐτῶν ἤ τις τριάκοντα, μέχρῃς τῶν
πέντε καὶ τριάκοντα· διανοηθέντα ὡς ἔστιν ἢ τὸ ἀνθρώπινον
γένος φύσει τινὶ μετείληφεν ἀθανασίας· οὐ καὶ πέφυκεν ἐπι-

simplex, quomodo in legibus ferendis fiat, consideremus? *Cli.*
Volo equidem. *Athen.* Dic, age, per Deos, quam legis condi-
tor primam legem conscribet? an non, secundum naturam,
primum generationis in civitate principium ante omnia legibus
exornabit? *Cli.* Plane. *Athen.* Principium autem generationis
omnibus civitatibus nuptiarum conventus atque communio.
Cli. Utique. *Athen.* Quare, si nuptiales primum leges ponan-
tur, bene ad omnem civitatem recte constituendam positaе vi-
debuntur. *Cli.* Sic est omnino. *Athen.* Simplicem ergo primum
dicamus, quae sic se forsan habebit: Uxorem quisque a trige-
simo anno usque ad trigessimum quintum ducat. Sin minus, pe-
cunia mulsetur, atque dedecore: pecunia quidem tanta vel tan-
ta, dedecore autem tali quodam vel tali. Et simplex quidem
lex de nuptiis talis fit: duplex autem, talis. Uxorem ducere
quisque debet, cum annos habet triginta: cogitans, quod na-
tura quadam humanum genus quodammodo immortalitatem
consequitur: cuius rei quisque natura summo opere cupidus est.

- θυμίαν ἴσχειν πᾶς πᾶσαν. τὸ γὰρ γενέσθαι κλεινὸν, καὶ μὴ
 c. ἀνόνημον κείσθαι τετελευτηκότα, τοῦ τοιούτου ἐστὶν ἐπιθυ-
 μία. γένος οὖν ἀνθρώπων ἐστὶ τι ξυμφυῆς τοῦ παντὸς χρόνου,
 ὃ διὰ τέλους αὐτῷ ξυπέπεται καὶ συκέψεται, τούτῳ τῷ τρό-
 πῳ ἀθάνατον ὄν τῷ παῖδας παίδων καταλιπόμενον, ταυτὸν
 καὶ ἐν ὄν ἀεὶ γενέσει, τῆς ἀθανασίας μετελιγφέναι. τούτου
 δὴ ἀποσερεῖν ἐκόντα ἑαυτὸν, οὐδέποτε ὄσιον. ἐκ προνοίας δ'
 ἀποσερεῖ ὅς ἂν παίδων καὶ γυναικὸς ἀμελῆ. πειθόμενος οὖν
 d. τῷ νόμῳ, ἀζήμιος ἀπαλλάττοιο ἂν μὴ πειθόμενος δὲ αὐτῷ,
 μηδὲ γαμῶν, ἔτη τριάκοντα γεγονῶς καὶ πέντε, ζημιούσῳ
 μὲν κατ' ἑνιαυτὸν τόσῳ καὶ τόσῳ, ἵνα μὴ δοκῆ τὴν μοναυ-
 λίαν οἱ κέρδος καὶ ῥαζῶνην φέρειν. καὶ μὴ μετεχεῖτω δὲ τι-
 μῶν ὧν οἱ νεώτεροι ἐν τῇ πόλει τοὺς πρεσβυτέρους αὐτῶν τι-
 μῶσιν ἐκάστοτε. τοῦτον δὲ παρ' ἐκεῖνον τὸν νόμον ἀκούσαντα
 ἔξεσι περὶ ἐνὸς ἐκάστου διανοηθῆναι, πότερον αὐτοὺς διπλοῦς
 e. οὕτω δεῖ γενέσθαι τῷ μήκει τὸ σμικρότατον, διὰ τὸ πείθειν
 τε ἅμα καὶ ἀπειλεῖν, ἢ, τῷ ἀπειλεῖν μόνον χρωμένους,
 ἀπλοῦς γιγνεσθαι τοῖς μήκεσι. MET. Πρὸς μὲν τοῦ Λα-

nemo enim est, qui non desideret perpetuum apud posteros
 nomen habere. Genus itaque hominum immortale hoc modo
 in sempiternum perdurat, quod filiorum filios relinquendo,
 unum & idem semper per generationem, immortalitatem adipi-
 scatur. Nefas autem est, immortalitate se ipsum sponte privare.
 hac vero ex animo ille se privat, qui filios & uxorem negligit.
 Quicumque igitur legi huic obtemperaverit, indemnis esto: qui
 vero non paruerit, & quinque ac triginta annos natus uxorem
 non duxerit, ne solitariam vitam lucro sibi & voluptati fore
 censeat, tanta in annos singulos mulsetur pecunia; neque eo-
 rum particeps honorum sit, quos iuniores quotidie in civitate
 senioribus exhibent. Duabus his legibus invicem comparatis,
 de singulis iudicare licet, utrum oporteat eas duplices longitu-
 dine quam brevissima conscribere, ut persuasiones simul in-
 terponantur & minae: an minis uti solum, & simplices longi-
 tudine leges condere. Meg. Laconici moris est, hospes, bre-

κωνικοῦ τρόπου, ὃ ξένη, τὸ τὰ βραχύτερα ἀεὶ προτιμᾶν
 τούτων μὴ τῶν γραμμάτων εἴ τις κριτὴν ἐμὲ κελεύει γίννε-
 σθαι, πότερα βουλοίμην ἂν ἐν τῇ πόλει μοὶ γεγραμμένα τε-
 θῆναι, τὰ μακρότερά ἂν ἐλοίμην. καὶ δὴ καὶ περὶ παντὸς νό- p.
 μου κατὰ τοῦτο τὸ παράδειγμα, εἰ γίγνοιτο ἐκάτερα, ταυ- 722
 τὸν τοῦτ' ἂν αἰροίμην. οὐ μὴν ἀλλὰ που καὶ Κλεινία τῶδ' a.
 ἀρέσκειν δεῖ τὰ νῦν νομοθετούμενα. τούτου γὰρ ἡ πόλις ἡ νῦν
 τοῖς τοιούτοις νόμοις χρῆσθαι διανοουμένη. ΚΛ. Καλῶς γ',
 ὃ Μέγιλθε, εἶπες. ΑΘ. Τὸ μὲν οὖν περὶ πολλῶν ἢ ὀλίγων
 γραμμάτων ποιήσασθαι τὸν λόγον, λίαν εὐήθες. τὰ γὰρ,
 οἶμαι, βέλτερον, ἀλλ' οὐ τὰ βραχύτατα, οὐδὲ τὰ μήκη τι-
 μητέον τὰ δ' ἐν τοῖς νῦν δὴ νόμοις ῥηθείσιν, οὐ διπλῶ θάτερα b.
 τῶν ἑτέρων διάφορα μόνον εἰς ἀρετὴν τῆς χρείας, ἀλλ' ὅπερ
 ἐρρήθη, νῦν δὴ τὸ τῶν διττῶν ἰατρῶν γένος ὀρθότατα παρε-
 τέθη. πρὸς τοῦτο δὲ οὐδεὶς ἔοικε διανοηθῆναι πάποτε τῶν νο-
 μοθετῶν, ὡς ἐξόν δυοῖν χρῆσθαι πρὸς τὰς νομοθεσίας, πει-
 θοῖ καὶ βίᾳ, καὶ καθ' ὅσον οἴοντε ἐπὶ τὸν ἄπειρον παιδείας
 ὄχλον τῶ ἑτέρῳ χρῶνται μόνον. οὐ γὰρ πειθοῖ κεραυνῶντες

viora semper eligere. Si quis autem in his me iudicem faceret,
 ut eligere mihi liceret ex his, utram velim, legem in civitate,
 longiorem eligerem: in ceterisque legibus omnibus, si duo haec
 proponantur, ad hoc ipsum exemplar idem facerem. oportet
 tamen, praesentes leges & Cliniae huic probari. huius enim ea
 civitas est, cuius usui leges hae conduntur. *Cli.* Probe tu qui-
 dem, Megille. *Athen.* De prolixitate quidem vel brevitate scri-
 bendi curare, nimis ineptum est. non enim brevissima aut lon-
 gissima, sed optima, sunt, ut arbitror, eligenda. Atqui & in le-
 gibus paulo ante propositis, non duplicitate solum altera ma-
 gis, quam altera, ad virtutem confert: sed quod de duplici me-
 dicorum genere dictum est, rectissime est appositum. Quod
 quidem legislatorum nullus unquam cogitasse videtur. nam
 cum liceat duobus quibusdam ad ferendas leges, vi persuasio-
 neque, uti, ad turbam disciplinae expertem, quoad possunt, al-
 tero solum utuntur. non enim persuasioni minas coniungunt,

- c. τὴν μάχην νομοθετοῦσιν, ἀλλ' ἀκράτῳ μόνον τῇ βίᾳ. ἐγὼ δὲ, ᾧ μακάριε, καὶ τρίτον ἔτι περὶ τοὺς νόμους ὁρῶ γίνεσθαι δεόν, οὐ ταυῦν γιγνόμενον. ΚΛ. Τὸ ποῖον δὴ λέγεις; ΑΘ. Ἐξ αὐτῶν ὧν νῦν διειλέγμεθα ἡμεῖς, κατὰ θεὸν τινὰ γεγονός. σχεδὸν γὰρ ἐξ ὅσου περὶ τῶν νόμων ἤρξαμεθα λέγειν ἐξ ἑωθινοῦ, μεσημβρία τε γέγονε, καὶ ἐν ταύτῃ παγκάλη ἀναπαύλη τινὶ γεγονάμεν, οὐδὲν ἄλλ' ἢ περὶ νόμων διαλεγόμενοι. νόμους δὲ ἄρτι μοι δοκοῦμεν λέγειν ἀρχεσθαι τὰ δ' ἔμπροσθεν ἦν πάντα ἡμῖν, προοίμια νόμων. τί δὲ ταῦτ' εἶρηκα; τὸδ' εἶπεῖν βουλευθείς, ὅτι λόγων πάντων καὶ ὄσων φωνὴ κεκοινώνηκε, προοίμιά τέ ἐσι, καὶ σχεδὸν οἷον τινες ἀνακινήσεις, ἔχουσαι τινὰ ἔντεχρον ἐπιχείρησιν, χρήσιμον πρὸς τὸ μέλλον περαίνεσθαι. καὶ δὴ που κιθαρωδικῆς ᾠδῆς λεγομένων νόμων καὶ πάσης μουσικῆς προοίμια θαυμασῶς εἰσποδασμένα πρόκειται. τῶν δὲ ὄντως νόμων ὄντων, οὗς δὴ πολιτικούς εἶναι φημὲν, οὐδεὶς πώποτε οὔτ' εἶπέ τι προοίμιον, οὔτε ξυμβότης γενόμενος ἐξήνεγκεν εἰς τὸ φῶς ὡς οὐκ ὄντος

fed vim puram solummodo inferunt. Ego autem, o vir beate, tertium quiddam faciendum in legibus video, quod fieri nunquam videmus. *Cli.* Quidnam? *Athen.* Quod per ea, de quibus differuimus, nobis Deo quodam aspirante factum est. mane enim disputare de legibus coepimus, & iam meridies est, & hoc amoeno in loco commodissime requiescimus, de legibus solummodo disputantes. Et nunc primum tractandarum legum principium facere mihi videmur: superiora vero cuncta exordia legum erant. Quorsum vero haec? quia volebam dicere, quod sermonum omnium, ceterorumque, quibus vocis imitatio est, exordia sunt, & quasi quaedam praeludia, quae artificiosam aliquam & utilem ad rem dicendam tractationem habent. Nempe illis, quae citharoedici cantus leges vocantur, & reliquae Musae, prooemia mire adinventae praeponuntur. verarum autem legum, quas civiles esse dicimus, nemo unquam prooemium aliquod aut pronuntiavit, aut conscriptum in lucem protulit, quasi nullum natura sit. Nobis autem mora haec

Φύσει. ἡμῖν δὲ ἡ νῦν διατριβὴ γεγονυῖα, ὡς ἔμοι δοκεῖ, σημαίνει ὡς ὄντος. οἱ τὲ γὰρ δὴ διπλοῖ ἔδοξαν νῦν δὴ μοι λεχθέντες νόμοι, οὐκ εἶναι ἀπλῶς οὕτω πως διπλοῖ· ἀλλὰ δύο μὲν τινε, νόμος τε καὶ προοίμιον τοῦ νόμου. ὃ δὲ τυραννικὸν ἐπιτάγμα, ἀπεικασθὲν ἐρρήθη τοῖς ἐπιτάγμασι τοῖς τῶν ἰατρῶν, οὓς εἶπομεν ἀνελευθέρους, τοῦτ' εἶναι νόμος ἄκρατος. τὸ δὲ πρὸ τούτου ῥηθὲν, πεισικὸν λεχθὲν ὑπὸ τοῦδε, ὄντως μὲν εἶναι πεισικὸν, προοίμιον μὲν τοῦ περὶ λόγους δύναμιν ἔχειν. ἵνα γὰρ εὐμενῶς καὶ διὰ τὴν εὐμένειαν εὐμαθέστερον τὴν ἐπίταξιν (ὃ δὲ ἐστὶν ὁ νόμος) δέξηται ὡς τὸν νόμον ὁ νομοθέτης λέγει, τούτου χάριν εἰρησθῆναι μοι κατεφάνη πᾶς ὁ λόγος οὗτος, ὃν πείλων εἶπεν ὁ λέγων. διὸ δὲ, κατὰ γὰρ τὸν ἑμὸν λόγον, τοῦτ' αὐτὸ, προοίμιον, ἀλλ' οὐ λόγος ἂν ὀρθῶς προσαγορεύοιτο εἶναι τοῦ νόμου. ταῦτ' οὖν εἰπὼν, τί τὸ μετὰ τοῦτο ἂν μοι βουλευθῆναι εἰρησθῆναι; τὸδε ὡς τὸν νομοθέτην πρὸ πάντων τε ἀεὶ τῶν νόμων χρεῶν ἐστὶ μὴ ἀμοίρους αὐτοὺς προοιμίῳ ποιεῖν, καὶ καθ' ἕνασον ἢ διοίσουσιν ἑαυτῶν, ἄσον νῦν δὴ τῶ λεχθέντε διηνεγκάτην. ΚΛ. Τὸ γ' ἑμὸν οὐκ ἂν ἄλλως νομοθετεῖν διακελεύοιτο ἡμῖν τὸν τούτων ἐπισημόνα. ΑΘ. Κα-

P.
723
a.

b.

& disputatio nostra esse aliquod significare videtur. Leges autem, quae modo duplices appellatae sunt, non duplices sunt simpliciter: sed duo quaedam, lex, ac legis exordium. atque ea, quam tyrannico & medicorum servilium imperio comparavimus, lex mera est: quod vero ante positum fuit, ab hoc persuasorium dictum, revera ad persuadendum spectat quidem, sed vim habet exordii. nam ut benevolentius audiant legislatoris imperium, quae lex est, & propter hoc facilius suscipiant cives, idcirco tota illa oratio habita est, quae ad persuadendum est inducta. Quapropter, ut mea sententia fert, non legis ratio, sed prooemium, totum hoc merito appellabitur. Post hanc autem quid insuper addi desidero? hoc sane, Oportere legislatorem exordium semper omni legi praeponere, & in singulis ostendere, in quo a se ipsis differant, quatenus duo illa, quo modo relata sunt, differebant. *Cli.* Ego quidem nunquam aliter

- c. λῶς μὲν τοίνυν, ὦ Κλεινία, δοκεῖς μοι τόγε τοσοῦτον λέγειν, ὅτι πᾶσι γε νόμοις ἐστὶ προσιμιον καὶ ὅτι πάσης ἀρχόμενον νομοθεσίας, χρὴ προτιθέναι παντὸς τοῦ λόγου τὸ πεφυκὸς προσιμιον ἐκάστοις. οὐ γὰρ σμικρὸν τὸ μετὰ τοῦτο ἐστὶ ῥηθισόμενον οὐδ' ὀλίγον διαφέρον, ἢ σαφῶς ἢ μὴ σαφῶς αὐτὰ μνημονεύεσθαι. τὸ μέντοι μεγάλων περὶ λεγομένων νόμων καὶ σμικρῶν, εἰ ὁμοίως προσιμιιάζεσθαι προστάττοιμεν, οὐκ
- d. ἂν ὁρθῶς λέγοιμεν. οὐδὲ γὰρ ἄσματος οὐδὲ λόγου παντὸς δεῖ τὸ τοιοῦτον δρᾶν. καίτοι πέφυκὲ γε εἶναι πᾶσιν, ἀλλ' οὐ χρῆσθον ἅπανσι. αὐτῷ δὲ τῷ τε ῥήτορι καὶ τῷ μελωδῷ καὶ τῷ νομοθέτῃ τὸ τοιοῦτον ἐκάστοτε ἐπιτρεπτέον. ΚΛ. Ἀληθέστατα δοκεῖς μοι λέγειν. ἀλλὰ δὴ μικρότ', ὦ ξένη, διατριβὴν πλείω τῆς μελλήτεως ποιῶμεθα· ἐπὶ δὲ τὸν λόγον ἐπανέλθωμεν, καὶ ἀπ' ἐκείνων ἀρχώμεθα, εἰ σοι φίλον, ὧν οὐχ ὡς προσιμιάζόμενος εἶπες τότε. πάλιν οὖν (οἷον Φασὶν οἱ παίζοντες)
- e. ἀμεινόνων ἐξ ἀρχῆς δευτέρων, ἐπαναπολήσωμεν, ὡς προσιμιον, ἀλλ' οὐ τὸν τυχόντα λόγου περαίνοντες, καθάπερ ἄρτι.

virum harum rerum peritum leges ferre defiderarem. *Athen.* Probe mihi, o Clinia, eo dixisse videris, quod omnibus legibus prooemium quoddam præerit, & quod oportet in omnis legum conscriptionis principio, omni sermone praeponere exordium legibus singulis accommodatum. non enim parum est, quod postea dicitur: nec parum refert, clarene an obscure talia commemorentur. Si autem magnarum parvarumque legum exordia similiter confici iubeamus, non recte iubebimus. non enim in omni cantu, neque in omni sermone id faciendum. nam etsi possit in omnibus inveniri, non tamen omnibus utendum est. id autem ipsi rhetori, cantorique, & legum conditori semper est concedendum. *Cli.* Vera loqueris, hospes. sed ne ulterius immoremur, immo vero ad sermonem propositum iam revertamur, & ab illis incipiamus, si tibi placet, quae supra haud quasi prooemio utens dixisti. Quare iterum, ut ludentes aiunt, meliora ab initio secunda resumamus, quasi certum prooemium, non quemlibet sermonem, ut nuper, tractantes.

λάβωμεν δ' αὐτῶν ἀρχὴν ὁμολογοῦντες προοιμιάζεσθαι. καὶ τὰ μὲν περὶ θεῶν τιμῆς, προγόνων τε θεραπείας, καὶ τὰ νῦν δὴ λεχθέντα, ἱκανά τὰ δ' ἐξῆς πειρώμεθα λέγειν, μέχρι περ ἂν σοι πᾶν τὸ προοίμιον ἱκανῶς εἰρήσθαι δοκῇ. μετὰ δὲ τοῦτο ἤδη τοὺς νόμους αὐτοὺς διέξει λέγειν. ΑΘ. Οὐκοῦν p. περὶ θεῶν μὲν καὶ τῶν μετὰ θεοῦς, καὶ γονέων ζώντων τε ⁷²⁴ a. πέρι καὶ τελευτησάντων, τότε ἱκανῶς προοιμιασάμεθα, ὡς νῦν λέγομεν τὸ δ' ἀπολειπόμενον ἔτι τοῦ τοιοῦτου φαίνῃ μοι σὺ διακελεύεσθαι τανῦν οἷον πρὸς τὸ φῶς ἐπανάγειν. ΚΛ. Παντάπασι μὲν οὔν. ΑΘ. Ἄλλὰ μὴν μετὰ γε τὰ τοιαῦτα ὡς χρὴ περὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς καὶ τὰ σώματα καὶ τὰς οὐσίας σπουδῆς τε πέρι καὶ ἀνέσεως ἴσχειν, προσῆκόν τ' ἐστὶ καὶ κοινοτάτου ἀναπεμπαζομένους τὸν τε λέγοντα καὶ τοὺς ἀκούον- b. τας, παιδείας γίγνεσθαι κατὰ δύναμιν ἐπηβόλους. ταῦτ' οὔν ἡμῖν αὐτὰ μετ' ἐκεῖνα ὄντως ἐστὶ ρητέα καὶ ἀκουσέα. ΚΛ. Ὅρθότατα λέγεις.

Incipiamus itaque, & exordiri profiteamur. Ac de honore quidem Deorum, maiorumque nostrorum cura, satis fit dictum: cetera transigere annitatur, donec tibi videaris sufficienter totum prooemium absolvisse. denique post prooemium leges aggredieris. *Athen.* Cum de Diis Deosque sequentibus, & parentibus, sive viventibus, sive defunctis, satis per exordium dixerimus, ut nunc affirmamus: quod restat, ut tu iubere videris, in lucem est educendum. *Cli.* Prorsus quidem. *Athen.* Post illa vero quae ad animos, quae ad corpora, quae ad bona pertinent, quo studio colenda sint, communiter differendo, ita determinare oportet, ut & dicentes, & audientes, disciplinam pro viribus consequamur. Haec ergo post illa nobis revera dicenda audiendaque sunt. *Cli.* Recte admodum loqueris.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ
ΝΟΜΩΝ

Η

ΠΕΡΙ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΣ
ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

PLATONIS
DE LEGIBUS
SIVE
DE LEGUM INSTITUTIONE
DIALOGUS QUINTUS.

ARGUMENTUM.

Prima huius dialogi pars complectitur nonnulla, quae ad praefactionem absolvendam restabant, & tractat pulcherrimum locum, De vero animi cultu, id est, quanto studio & labore versari debeat bonus civis in animo suo colendo, & quinam sit verus & genuinus illius colendi modus: atque adeo, quantum corpori, quantum pecuniae, & iis omnibus rebus externis sit ab eo tribuendum. Ita verum verae legum institutionis fundamentum substernit Plato. Frustra enim leges instituerentur, neque ullam efficaciam exfererent, nisi eius, cui ponuntur, animus

recte prius fuerit informatus, ut ipse sibi sit lex. Inde ad ipsam νομοθεσίαν accedit, quae est horum duodecim librorum altera pars.

ΑΚΟΤΟΙ δὴ πᾶς, ὅσπερ νῦν δὴ τὰ περὶ θεῶν τε p.
 ἤκουε καὶ τῶν φίλων προπατόρων. πάντων γὰρ τῶν αὐτοῦ 726
 κτημάτων μετὰ θεοῦ ψυχὴ θεϊότατον, οἰκειότατον ὄν. τὰ a.
 δ' αὐτοῦ διττά ἐσι παντάπασι. τὰ μὲν οὖν κρείττω καὶ ἀμεί-
 νω, δεσπόζονται τὰ δ' ἥττω καὶ χεῖρω, δοῦλα. τῶν οὖν αὐ-
 τοῦ τὰ δεσπόζοντα αἰεὶ προτιμητέον τῶν δουλευόντων. οὕτω
 δὴ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν μετὰ θεοῦ ὄντας δεσπότας καὶ τοὺς
 τούτοις ἐπομένους, τιμᾶν δεῖν λέγων δευτέραν, ὀρθῶς παρα- p.
 κελεύομαι. τιμᾶ δ', ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡμῶν οὐδεὶς ὀρθῶς δοκεῖ 727
 δέ. θεῖον γὰρ ἀγαθόν που τιμῇ τῶν δὲ κακῶν οὐδὲν τίμιον. a.
 ὁ δ' ἠγούμενος ἢ τισι λόγοις ἢ δάροις αὐτὴν αὐξέει, μηδὲν
 βελτίω δὲ ἐκ χείρονος αὐτὴν ἀπεργαζόμενος, τιμᾶν μὲν δο-
 κεῖ, δρᾶ δὲ τοῦτο οὐδαμῶς. αὐτίκα παῖς εὐθὺς γενόμενος

AUDIAT iam reliqua, quicunque paulo ante de Diis carissimisque genitoribus audiebat. cuiusque enim animus, omnium suarum rerum post Deos cum sit maxime suus, divinissimus est. quae vero sua sunt, bifariam dividuntur. & potentiora quidem ac meliora dominantur, imbecilliora vero deterioraque serviunt. Profecto quae dominantur, prae illis, quae serviunt, semper sunt honoranda. quapropter merito post dominantes Deos, eosque, qui illos sequuntur, animum nostrum colendum secundoque loco habendum iubeo. Nemo autem, ut breviter dicam, recte animum suum honorat, quamvis videatur. divinum enim bonum est honor: malorum autem nihil est honorandum. Quisquis igitur putat, vel sermonibus quibusdam, vel muneribus, vel obsequiis animum suum posse extolli, si meliorem ipsum ex deteriore non reddit, quanquam honorare videtur, minime tamen id facit. nam sta-

- ἄνθρωπος πᾶς, ἡγεῖται πάντα ἰκανὸς εἶναι γινώσκειν, καὶ
- b. τιμᾶν οἶεται ἐπαινῶν τὴν αὐτοῦ ψυχὴν, καὶ προθυμούμενος ἐπιτρέπει πράττειν ὅ, τι ἂν ἐθέλῃ. τὸ δὲ νῦν λεγόμενον ἐστίν, ὡς δρῶν ταῦτα, βλάπτει καὶ οὐ τιμᾶ. δεῖ δὲ, ὡς φαρμὲν, μετὰ γε θεοῦ δευτέραν. οὐδὲ γε ὅταν ἄνθρωπος τῶν αὐτοῦ ἐκάστοτε ἀμαρτημάτων μὴ ἑαυτὸν αἴτιον ἡγήται, καὶ τῶν πλείστων κακῶν καὶ μεγίστων, ἀλλ' ἄλλους, ἑαυτὸν δὲ ἀεὶ ἀναίτιον ἐξαίρη, τιμᾶ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν, ὡς δὴ δοκεῖ. ὁ δὲ
- c. πολλοῦ δεῖ δρᾶν τοῦτο. βλάπτει γάρ. οὐδ' ὀπόταν ἡδοναῖς παρὰ λόγον τὸν τοῦ νομοθέτου καὶ ἐπαινοῦ χαρίζεται, τότε οὐδαμῶς τιμᾶ ἀτιμάζει δὲ, κακῶν καὶ μεταμελείας ἐμπιπλὰς αὐτήν. οὐδὲ γε ὀπόταν αὐτὸν ἀναντία τοῦς ἐπαινουμένους πόρους, καὶ φόβους καὶ ἀλγηδόνας καὶ λύπας μὴ διαπονή καρτερῶν, ἀλλ' ὑπέικη, τότε οὐ τιμᾶ ὑπέικων. ἀτιμον γὰρ αὐτὴν ἀπεργάζεται, δρῶν τὰ τοιαῦτα ξύμπαντα. οὐδ' ὀπόταν ἡγήται τὸ ζῆν πάντως ἀγαθὸν εἶναι, τιμᾶ ἀτιμάζει δ'
- d. αὐτήν καὶ τότε. τὰ γὰρ ἐν αἴδου πράγματα πάντα, κακὰ

tim a pueritia unusquisque sufficientem ad omnia cognoscenda se putat, & honorare suum animum opinatur laudando, permittendoque sibi, quidquid libuerit agere. Nos autem dicimus, eum, qui haec agit, animum non honorare, sed laedere, quem tamen secundo loco post Deos dicimus honorandum. Sed neque ille eum honorat, qui peccatorum suorum, plurimorumque & maximorum scelerum, non se ipsum, sed alios causam ducit. qui sane, se ipsum semper excusans, honorare videtur animum: longe tamen abest, cum obsit. Neque etiam, cum praeter rationem laudemque legumlatoris, voluptatibus quis indulget, animum suum honorat: deicit enim ipsum, cum malis & poenitentia repleat. Neque etiam tunc honorat, quando labores lege laudatos, metusque ac dolores ferendos non suscipit, sed cedit atque succumbit. haec enim agens omnia, animum suum dedecorat. Sed nec quando hanc vitam summum bonum censet: immo tunc etiam vituperat. nam animo existimanti omnia apud inferos mala esse, protinus assentitur, ne-

ἡγούμενος τῆς ψυχῆς εἶναι, ὑπείκει, καὶ οὐκ ἀντιτείνει, δι-
 δάσκων τε καὶ ἐλέγχων ὡς οὐκ οἶδεν οὐδ' εἰ τὰναντία πέ-
 φυκε μὲν ἴσα εἶναι πάντων ἀγαθῶν ἡμῖν, τὰ περὶ τοὺς θεοὺς
 τοὺς ἐκεῖ. οὐδὲ μὴν πρὸ ἀρετῆς ὁπόταν αὐτοῖς προτιμᾷ τις κάλ-
 λος, τοῦτ' ἔστιν οὐχ ἕτερον ἢ ἡ τῆς ψυχῆς οὕτως καὶ πάν-
 τας ἀτιμία. ψυχῆς γὰρ σῶμα ἐπιτιμότερον οὗτος ὁ λόγος
 φησὶν εἶναι, ψευδόμενος. οὐδὲν γὰρ γιγγενὲς ὀλυμπίων ἐπι- e.
 μότερον. ἀλλ' ὁ περὶ ψυχῆς ἄλλως δεξάζων ἀγνοεῖ ὡς θαυ-
 μαστοῦ τούτου κτήματος ἀμελεῖ. οὐδὲ γε ὁπόταν χρήματα
 τις ἐραῖ κτᾶσθαι μὴ καλῶς, ἢ μὴ δυσχερῶς φέρῃ κτώμενος,
 δάροις ἄρα τιμᾷ τότε τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν. παντὸς μὲν οὖν P.
 λειπεί. τὸ γὰρ αὐτῆς τίμιον ἅμα καὶ καλὸν ἀποδίδεται σμι- 728
 κροῦ χρυσοῦ. πᾶς γὰρ ὁ, τ' ἐπὶ γῆς καὶ ὑπὸ γῆς χρυσὸς, a.
 ἀρετῆς οὐκ ἀντάξιός. οὐδὲ (εἰπεῖν ξυλλήβδην) ὅσαπερ νομο-
 θέτης αἰσχρὰ εἶναι καὶ κακὰ διαριθμούμενος τάττη, καὶ
 τοῦναντίου ἀγαθὰ καὶ καλὰ, τῶν μὲν ἀπέχεσθαι μὴ ἐθέλη
 πάσῃ μηχανῇ, τὰ δὲ ἐπιτηδεύειν ξύμπασαν κατὰ δύναμιν,
 οὐκ οἶδεν ἐν τούτοις πᾶσι πᾶς ἄνθρωπος, ψυχῆν, θεϊότατον b.

que resistit, docens ipsum atque redarguens, quasi ignoret,
 utrum contra, quae apud Deos inferos sunt, omnium bonorum
 nobis maxima sint. Praeterea qui virtuti formam corporis an-
 teponit, animam vere penitusque dedecorat. nempe corpus
 anima venerabilius arbitratur: in quo certe vehementer errat.
 nihil enim terrenum rebus coelestibus venerabilius est. & qui
 de animo aliter sentit, quam mirabilem rem negligat, prorsus
 ignorat. Nec rursus qui pecuniam iniuste cupit, aut possidens
 iniuste, non dolet, muneribus animum suum exornat, sed ab
 hoc longissime abest. quod enim venerabile pulchrumque in
 animo est, parvo pro auro prodit: cum totum, quod super
 terram, quodve sub terra est aurum, virtuti compensari digne
 non possit. Denique, ut summam dicam, quaecunque illa, quae
 legislator turpia malaque putat esse, omni studio non fugit;
 nec pro viribus sequitur ea, quae bona & pulchra statuit; non
 videt in his omnibus, quam turpiter & foede diviniusimum

- ὄν, ἀτιμότεστα καὶ κακοσχημονέστατα διατιθείς. τὴν γὰρ λε-
γομένην δίκην τῆς κακουργίας τὴν μεγίστην οὐδεὶς, ὡς ἔπος
εἶπεῖν, λογίζεται. ἔστι δ' ἡ μεγίστη, τὸ ὁμοιοῦσθαι τοῖς κακοῖς
ἀνδράσιν· ὁμοιούμενον δὲ, τοὺς μὲν ἀγαθοὺς φεύγειν ἀνδρας
καὶ λόγους, καὶ ἀποσχίζεσθαι, τοῖς δὲ προσκολλᾶσθαι διώ-
κοντα κατὰ τὰς ξυνουσίας. προσπεφυκότα δὲ τοῖς τοιοῦτοις,
ἀνάγκη ποιεῖν καὶ πάσχειν ἃ πεφύκασιν ἀλλήλους οἱ τοιοῦ-
c. τοι ποιεῖν καὶ λέγειν. τοῦτο οὖν δὴ τὸ πάθος, δίκη μὲν οὐκ ἔστι
(καλὸν γὰρ τόγε δίκαιον, καὶ ἡ δίκη) τιμωρία δὲ, ἀδικίας
ἀκόλουθος πάθη ἧς ὁ, τε τυχῶν καὶ μὴ τυγχάνων, ἄλλιος·
ὁ μὲν, οὐκ ἰατρευόμενος· ὁ δὲ, ἵνα ἕτεροι πολλοὶ σώζωνται,
ἀπολλύμενος. τιμὴ δ' ἔστιν ἡμῖν, ὡς τὸ ὅλον εἶπεῖν, τοῖς μὲν
ἀμείνοσιν ἔπεσθαι· τὰ δὲ χείρονα, γενέσθαι δὲ βελτίω δυνα-
τὰ, τοῦτ' αὐτὸ ὡς ἄριστα ἀποτελεῖν. ψυχῆς οὖν ἀνθρώπων κτῆ-
d. μα οὐκ ἔστιν εὐφύεσθρον, εἰς τὸ φυγεῖν μὲν τὸ κακὸν, ἰχθυῖ-
σαι δὲ καὶ ἐλεῖν τὸ πάντων ἄριστον καὶ ἐλόντα αὖ, κοινῇ
ξυνοικεῖν τὸν ἐπίλοιπον βίον. διὸ δεύτερον ἐτάχθη τιμῇ. τὸ δὲ

animum suum afficiat. Maximam enim secundum iustitiam ul-
tionem male agendi, nemo, ut uno verbo dicam, animadver-
tit. maxima vero est, ut quis malis hominibus similis efficia-
tur, faciliusque similis bonos & viros & sermones fugiat, seque
ipsum ab eis feiungat: improbis autem adhaereat, & eorum
consuetudinem amplectatur. Eum vero, qui se his immiscuit,
necesse est eadem pati & agere, quae tales agere & loqui inter
se consueverunt. Ac passio quidem huiusmodi iustitia non est.
iustitia enim & iustum, honestum est. ultio vero passio iniu-
stitiae sequax, in quam & qui non incidit, & qui incidit, ma-
lus miserque est: ille, quoniam non sanatur; hic, quoniam, ut
multi ferventur, ipse perit. Honor autem est, ut totum simul
complectar, meliora sequi, & ex peioribus, quaecunque me-
liora fieri possunt, ad melius quam optime reducere. Homini
profecto nihil animo aptius & sagacius est ad fugiendum ma-
lum, ad vestigandum eligendumque, quod est omnium opti-
mum, eique per omnem vitam firmiter adhaerendum, idcirco

τρίτον, πᾶς ἂν τοῦτό γε νοήσῃ, τὴν τοῦ σώματος εἶναι κα-
 τὰ φύσιν τιμὴν. τὰς δ' αὖ τιμὰς δεῖ σκοπεῖν καὶ τούτων τίνες
 ἀληθεῖς, καὶ ὅσαι κίβδηλοι. τοῦτο δὲ, νομοθέτου. μὴνύειν δὴ
 μοι φαίνεται τάσδε καὶ τοιάσδε τινὰς αὐτὰς εἶναι τίμιου
 εἶναι σῶμα, οὐ τὸ καλὸν, οὐδὲ ἰσχυρὸν, οὐδὲ τάχος ἔχον,
 οὐδὲ μέγα, οὐδέ γε τὸ ὑγμεινὸν (καίτοι πολλοῖς ἂν τοῦτό γε e.
 δοκοῖ) καὶ μὴν οὐδὲ τὰ τούτων γ' ἐναντία τὰ δ' ἐν τῷ μέσῳ,
 ἀπάσης ταύτης τῆς ἕξεως ἐφαπτόμενα, σωφρονέστατα ἅμα
 τε ἀσφαλέστατα εἶναι μακρῶ. τὰ μὲν γὰρ χαλκίους τὰς ψυ-
 χὰς καὶ θρασείας ποιεῖ, τὰ δὲ, ταπεινὰς τε καὶ ἀνελευθέ-
 ρους. ὡς δ' αὐτῶς ἢ τῶν χρημάτων καὶ κτημάτων κτησίς
 καὶ τιμῆσεως κατὰ τὸν αὐτὸν ῥυθμὸν ἔχει. τὰ μὲν γὰρ ὑπέρ-
 ογκια ἐκάστων τούτων ἔχθρας καὶ ζῆσεις ἀπεργάζεται ταῖς p.
 πόλεσι, καὶ ἰδίᾳ τὰ δ' ἐλλείποντα, δουλείας ὡστοπολύ. μὴ ⁷²⁹
 δὴ τις φιλοχρημονεῖτω παίδων γ' ἕνεκα, ἵνα ὅτι πλουσιωτά- a.
 τούς καταλίπη. οὔτε γὰρ ἐκείνοις, οὔτ' αὖ τῇ πόλει ἄμεινον.
 ἢ γὰρ τῶν νέων ἀκολάκευτος οὐσία, τῶν δ' ἀναγκαίων μὴ ἐν-

illi secundo statutus est honor. Tertium deinde honorem secun-
 dum naturam quivis intelliget corpori convenire. Tum confide-
 rare oportet, qui veri honores sint, quive adulterati: quorum
 differentia a legislatore declaranda mihi videtur: utputa, honore
 dignum corpus esse, non quod formosum aut robustum est,
 aut velox, vel magnum, vel sanum, (quamvis multis id videat-
 ur) neque quod contrariis modis affectum. Nempe quae me-
 dium istorum omnium habitum tangunt, ea longe moderatiora
 tutioraque censenda sunt. altera enim inflatos & audaces ani-
 mos reddunt: altera deiectos atque illiberales. Similiter pecu-
 niarum, praediorumque, & census possessio se habet. excedens
 enim & privatim & in civitatibus inimicitias seditionesque pa-
 rit: deficiens autem, ut plurimum servitutem. Nemo igitur li-
 berorum gratia pecuniis cumulandis incumbat, ut diuissimos
 eos relinquat. neque enim ipsis, neque civitati id conducit.
 Sed census iuvenum tum adulatione vacuus, tum rerum ne-
 cessariarum non indigens, omnium decentissimus & optimus

- δεῖς, αὐτῆ πασῶν μουσικωτάτῃ τε καὶ ἀρίστῃ. ξυμφανοῦσα γὰρ ἡμῖν καὶ ξυναρμόττουσα εἰς ἅπαντα, ἄλυτον τὸν βίον
- b. ὑπεργυζέται. παισὶ δὲ αἰδῶ χρῆ πολλήν, οὐ χρυσόν, καταλείπειν. οἰόμεθα δ' ἐπιπλήττοντες τοῖς νέοις ἀναισχυνοῦσι, τοῦτο καταλείπειν. τὸ δ' ἔστιν οὐκ ἐκ τοῦ γυν παρακελεύματος τοῖς νέοις γιγνόμενον, ὃ παρακελεύονται, λέγοντες ὡς δεῖ πάντα αἰσχύνεσθαι τὸν νέον. ὃ δὲ ἔμφρων νομοθέτης τοῖς πρεσβυτέροις ἂν μᾶλλον παρακελεύοιτο αἰσχύνεσθαι τοὺς νέους· καὶ πάντων μάλιστα εὐλαβεῖσθαι μὴ ποτέ τις αὐτὸν ἰδῆ τῶν νέων ἢ καὶ ἐπακούσῃ δρῶντα ἢ λέγοντα τί τῶν αἰσχρῶν.
- c. ὡς ὅπου ἀναισχυνοῦσι γέροντες, ἀνάγκη καὶ νέους ἐνταῦθα εἶναι ἀνοιδεσάτους. παιδεία γὰρ νέων διαφέρουσα ἔστιν ἅμα καὶ αὐτῶν, οὐ τὸ νουθετεῖν, ἀλλ' ἅπερ ἂν ἄλλου νουθετῶν εἴποι τις, φαίνεσθαι ταῦτα αὐτὸν δρῶντα διὰ βίου. ξυγγένειαν δὲ καὶ ὁμογενίαν θεῶν κοινωσίαν ἅπασαν ταυτοῦ φύσιν αἵματος ἔχουσαν τιμῶν τις καὶ σεβόμενος, εὐνοῦς ἂν γενέσθαι οὕς θεοὺς εἰς παιδῶν αὐτοῦ σποράν ἴσχει κατὰ λόγον. καὶ μὴν τόγε φίλων καὶ ἐτέρων πρὸς τὰς ἐν βίῳ ὁμιλίαις

est. nam hic nobis ad omnia consonans accommodatusque, vitam a do'oribus tutam reddit. Liberis ergo non auri, sed pudoris multum oportet relinquere. Putamus autem, verbis impudentiam iuvenum castigando, id nos impetraturos: sed non ea castigatione, quam iuvenibus incutiunt, dicentes, quod adolescentem oporteat in omnibus verecundum esse. sapiens itaque legumlator senioribus praecipiet potius, ut sint coram iunioribus verecundi, ac summopere caveant, ne quis iuvenum eos aut videat, aut audiat agentes turpe aliquid, vel loquentes. nam ubi fenes minus pudici sunt, necesse est ibi iuvenes impudentissimos esse. praestans enim & iuniorum & seniorum disciplina est, non verborum increpatio, sed ut, quae increpando quis diceret & monendo, eadem ipse in omni vita facere videatur. Quisquis praeterea cognationem & universam sub eisdem penatibus generis communionem honorat & colit, hos Deos merito propitios in liberis procreandis habebit. Ami-

εὐμενὲς ἂν τις κτῶτο· μείζους μὲν καὶ σεμνοτέρας τὰς ἐκεί- d.
νων ὑπηρεσίας εἰς αὐτὸν ἡγούμενος, ἢ κείνοι, ἐλάττους δ' αὖ
τὰς αὐτοῦ διανοοῦμενος εἰς τοὺς Οἴλους χάριτας αὐτῶν τῶν
Οἴλων τε καὶ ἑταίρων. εἰς μὴν πόλιν καὶ πολίτας μακροῦ
ἄριστος, ὅστις πρὸ τοῦ Ὀλυμπιάσι καὶ ἀπάντων ἀγώνων πο-
λεμικῶν τε καὶ εἰρηνικῶν, νικᾶν δέξαιτ' ἂν δόξῃ ὑπηρεσίας
τῶν οἴκοι νόμων, ὡς ὑπηρετηκῶς πάντων κάλλιπτα ἀνθρώπων
αὐτοῖς ἐν τῷ βίῳ. πρὸς δ' αὖ τοὺς ξένους διανοητέον ὡς ἀγιώ- e.
τατα ξυμβόλαια ὄντα. σχεδὸν γὰρ πάντ' ἐστὶ τὰ τῶν ξένων
καὶ εἰς τοὺς ξένους ἀμαρτήματα παρὰ τῶν πολιτῶν εἰς θεῶν
ἀνηρημένα τιμωρὸν μᾶλλον. ἔρημος γὰρ ὢν ὁ ξένος ἑταίρων
τε καὶ ξυγγενῶν, ἔλειονότερος ἀνθρώποις καὶ θεοῖς. ὁ δυνά-
μενος οὖν τιμωρεῖν μᾶλλον, βοηθεῖ προθυμότερον. δύναται
δὲ διαφερόντως ὁ ξένιος ἐκάστων δαίμων καὶ θεὸς τῷ ξενίῳ p.
συνεπέμμενοι Διί. πολλῆς οὖν εὐλαβείας ᾧ καὶ σμικρὸν προ- 73^o
μηθείας ἐνι, μηδὲν ἀμάρτημα περὶ ξένους ἀμαρτόντα ἐν τῷ a.

corum quoque & fodalium in vitae consuetudine summam benevolentiam consequetur, qui illorum in se obsequia maiora praestantioraque putabit, quam illi: sua vero in illos beneficia minora, quam ipsi, existimabit. Atqui & erga civitatem ac cives optime ille se geret, qui omni victoriae, quae in Olympicis, aliisque tam belli, quam pacis, certaminibus comparatur, illam gloriam anteponet, quam patriis legibus ministrando nanciscitur: atque in hoc ministerio ceteris omnibus per totam vitam praestare conabitur. Ad peregrinos vero sanctissima esse foedera quisque cogitet. ferme enim omnia peregrinorum contra peregrinos peccata prae illis, quae inter cives committuntur, ultori Deo curae sunt. nam cum peregrinus amicis cognatisque careat, maiorem & apud Deos, & apud homines meretur misericordiam. quare qui magis ulcisci potest, is ad ferendum auxilium est paratior. potest autem maxime hospitalis cuiusque Daemon ac Deus, hospitalem secuti Iovem. Diligenti igitur cautione cogitandum cuique, cui nonnihil est consilii, ut innocens ab iniuria in peregrinos semper vivat. Sed omnium
Plat. Oper. Vol. VIII. O

βίῳ, πρὸς τὸ τέλος αὐτοῦ πορευθῆναι. ξενικῶν δ' αὖ καὶ ἐπιχωρίων ἀμαρτημάτων τὸ περὶ τοὺς ἰκέτας μέγιστον γίνεται ἀμάρτημα ἑκάστοις. μεθ' οὗ γὰρ ἰκετεύσας μάρτυρος ὁ ἰκέτης θεοῦ, ἔτυχεν ὁμολογιῶν, φύλαξ διαφέρων οὗτος τοῦ παθόντος γίνεται. ὥστ' οὐκ ἂν ποτε ἀτιμώρητος πάθοι ὁ τυ-

- h. χῶν ὧν ἔπαθε. τὰ μὲν οὖν περὶ γονέας τε καὶ ἑαυτὸν καὶ τὰ ἑαυτοῦ, περὶ πόλιν τε καὶ φίλους καὶ ξυγγένειαν, ξενικά τε καὶ ἐπιχώρια διεληλύθαμεν σχεδὸν ὀμιλήματα. τὸ δὲ, ποιὸς τις ὧν αὐτὸς ἂν κάλλιπα διάγοι τὸν βίον, ἐπόμενον τούτῳ διεξελεθεῖν. ὅσ' ἂν οὖν μὴ νόμος ἀλλ' ἔπαινος παιδεύων καὶ ψόγος ἑκάστους, εὐνοικοὺς μᾶλλον καὶ εὐμενεῖς τοῖς τεθῆσεσθαι μέλλουσι νόμοις ἀπεργάζεται ταῦτ' ἐς μετὰ τοῦτο
- c. ἡμῖν ρητέα. ἀλήθεια δὴ, πάντων μὲν ἀγαθῶν θεοῖς ἡγεῖται, πάντων δὲ ἀνθρώποις. ἧς, ὁ γενήσεσθαι μέλλων μακάριός τε καὶ εὐδαίμων, ἐξ ἀρχῆς εὐδὸς μέτοχος εἴη, ἵνα ὡς πλείζον χρόνου ἀληθῆς ὧν διαβιοῖ. πιστὸς γάρ ὁ δὲ ἀπιστος, ἢ φίλον ψευδὸς ἐκούσιον. ὅτῳ δὲ ἀκούσιον, ὄνους. ὧν οὐδέτερον ζήλωτόν. ἀφίλος γὰρ δὴ πᾶς ὄγε ἀπιστος καὶ ἀμαθής. χρόνου δὲ

tam in peregrinos, quam in cives, peccatorum maximum est, quod in supplices est commissum. Deus enim, per quem supplex foedus est consecutus, diligentissimus eius est custos. quare nullus in supplices sceleratus impunis abibit. Haecenus officia cuiusque in parentes, se ipsum, sua, patriam, amicos, cognatos, peregrinos, atque colonos paene omnia exposuimus. qualis vero quisque quoad se ipsum esse debeat, qui optime vivere velit, nunc iam exponamus: ut non lex, sed laus & vituperatio singulos docens, refrenet magis, & obtemperatiores ferendis legibus faciat. Atque haec nobis deinceps dicenda sunt. Veritas profecto tum Diis, tum hominibus dux omnium est honorum: cuius qui felix beatusque futurus est, statim ab initio particeps esse debet, ut in veritate plurimum vitam agat. Fides hic certe est: infidus autem, qui sponte mentitur; qui vero non sponte, amens, quorum neutrum optabile est. nam & infidus & amens ab amicitia admodum alie-

προϊόντος γνωσθεῖς, εἰς τὸ χαλεπὸν γῆρας ἐρημίαν αὐτῷ
 πᾶσαν κατεσκευάσατο ἐπὶ τέλει τοῦ βίου ὥστε ζώντων καὶ
 μὴ ἐταίρων καὶ παιδῶν, σχεδὸν ὁμοίως ὄρφανὸν αὐτῷ γενέ- d.
 σθαι τὸν βίον. τίμιος μὲν δὴ καὶ ὁ μηδὲν ἀδικῶν ὁ δὲ μηδ' ἐπι-
 τρέπων τοῖς ἀδικοῦσιν ἀδικεῖν, πλέον ἢ διπλασίας τιμῆς ἄξιος
 ἐκείνου. ὁ μὲν γὰρ, ἐνὸς, ὁ δὲ πολλῶν ἀντάξιος ἐτέρων, μη-
 γύων τῆν τῶν ἄλλων τοῖς ἄρχουσιν ἀδικίαν. ὁ δὲ, καὶ ξυγκο-
 λάζων εἰς δύναμιν τοῖς ἄρχουσιν, ὁ μέγας ἀνὴρ ἐν πόλει καὶ
 τέλειος οὗτος ἀναγορευέσθω, νικηφόρος ἀρετῆ. τὸν αὐτὸν δὴ
 τοῦτον ἔπαινον καὶ περὶ σωφροσύνης χρῆ λέγειν, καὶ περὶ e.
 φρονήσεως, καὶ ὅσα ἄλλα τις ἀγαθὰ κέκτηται, δυνατὰ μὴ
 μόνον αὐτὸν ἔχειν, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις μεταδίδοναι. καὶ τὸν
 μὲν μεταδιδόντα, ὡς ἀκρότατον χρῆ τιμᾶν τὸν δ' αὖ μὴ
 δυνάμενον, ἐθέλοντα δὲ, ἔῃν δεύτερον. τὸν δὲ φθονοῦντα καὶ
 ἐκόντα μηδεὶ κοινῶν διὰ Φιλίας γιγνόμενον ἀγαθῶν τινῶν,
 αὐτὸν μὲν ψέγειν τὸ δὲ κτῆμα μηδὲν μᾶλλον διὰ τὸν κекτη- P.
 μένον ἀτιμάζειν, ἀλλὰ κτᾶσθαι κατὰ δύναμιν. φιλονεικείτω 731
 a.

nus: ac procedente tempore cognitus, in tantam in odiosa fe-
 necta vitaeque termino solitudinem incidit, ut, seu vivant, five
 decesserint amici ac filii, paene similiter orbam vitam misere
 agat. Honorandus certe est, qui nihil iniuriatur: qui vero nec
 alios id facere patitur, duplici honore, immo etiam magis est
 honorandus. ille enim uni, hic multis hominibus praestantior
 est, cum principibus ceterorum iniuriam nuntiet: qui autem
 una etiam cum magistratibus iniuriam, quoad potest, ulciscitur,
 is magnus perfectusque in civitate vir praeconio praedicetur.
 nam virtute cunctis excellet. Eadem quoque temperantiae &
 prudentiae laus est. Et qui aliis bonis abundat, quae in alios
 quoque transfundi possunt, si ceteros participes efficit, tan-
 quam vir summus est honorandus: qui autem id facere vellet
 quidem, sed non potest, secundo loco habendus est. invidum
 vero, qui sponte nihil boni amicitiae causa ceteris conferat,
 vituperare debemus: nec propter hominem, qui male possideat,
 rem ipsam vituperare, sed eam pro viribus adipisci. Certet

- δὲ ἡμῖν πᾶς πρὸς ἀρετὴν ἀφθόνηος. ὁ μὲν γὰρ τοιοῦτος τὰς πόλεις αὖξει, ἀμιλλώμενος μὲν αὐτὸς, τοὺς ἄλλους δὲ οὐ κολούων διαβολαῖς. ὁ δὲ Φθονερός τῇ τῶν ἄλλων διαβολῇ δεῖν οἰόμενος ὑπερέχειν, αὐτὸς τε ἤττον συντείνει πρὸς ἀρετὴν τὴν ἀληθῆ, τοὺς τε ἀνθαμιλλωμένους εἰς ἀθυμίαν καθίστησι, τῶ
- h. ἀδίκως ψέγεσθαι καὶ διὰ ταῦτα ἀγύμνασον τὴν πόλιν ὄλην εἰς ἀμιλλαν ἀρετῆς ποιῶν, σμικροτέραν αὐτὴν πρὸς εὐδοξίαν τὸ ἑαυτοῦ μέρος ἀπεργάζεται. θυμοειδῆ μὲν δὴ χρὴ πάντα ἄνδρα εἶναι, πρῶτον δὲ ὡς ὅτι μάλισα. τὰ γὰρ τῶν ἄλλων χαλεπὰ καὶ δυσίατα ἢ καὶ τοπαράπαν ἀνίατα ἀδικήματα οὐκ ἔστιν ἄλλως ἐκφυγεῖν, ἢ μαχόμενον καὶ ἀμυνόμενον νικῶντα, καὶ τῶ μηδὲν ἀνιέναι κολάζοντα. τοῦτο δὲ ἄνευ θυ-
- c. μοῦ γενναίου ψυχῆ πᾶσα ἀδύνατος δρᾶν. τὰ δ' αὖ τῶν ὅσοι ἀδικοῦσι μὲν, ἰατὰ δὲ, γινώσκειν χρὴ, πρῶτον μὲν, ὅτι πᾶς ὁ ἀδικος, οὐχ ἑκὼν ἀδικος· τῶν γὰρ μεγίστων κακῶν οὐδεὶς οὐδαμοῦ οὐδὲν ἑκὼν κέκτητο ἂν ποτε. πολὺ δ' ἤμισα, ἐν τοῖς τῶν ἑαυτοῦ τιμιωτάτοις. ψυχῆ δ', ὡς εἶπομεν, ἀληθεία γ'

praeterea apud nos quisque de virtute absque invidia. qui enim sic agit, civitatem suam amplificat, cum ipse quidem contendat, & alios calumniis non detineat. Invidus vero, dum ceteris derogando putat praestare, & ipse minus recte ad veram tendit virtutem, & concertatores iniusta vituperatione tardiores efficit: ideoque vehemens acquirendae virtutis studium e civitate tollens, ipsam pro virili parte gloriae amplitudine privat. Oportet praeterea unumquemque animosum esse, ac maxime mitem. nam aliorum iniurias, quae vel difficile, vel nullo modo sanari possunt, non possumus aliter effugere, quam pugna, defensione, victoria, & nullius peccati remissione: quod absque animositate facere nemo potest. In iis autem iniuriis, quae tales sunt, ut sanari possint, nosse imprimis oportet, nullum iniustum sponte iniustum esse. nemo enim unquam maximorum malorum aliquid alicubi vellet habere, multoque minus in his, quae sibi praestantissima sunt. est autem animus, ut diximus, revera in omnibus omnium praestantissimus. Quapro-

ἐστὶ πᾶσι τιμιώτατον. ἐν οὖν τῷ τιμιωτάτῳ τὸ μέγιστον κακὸν οὐδεὶς ἐκὼν μήποτε λάβῃ, καὶ ζῆ διὰ βίου κεκτημένος αὐτό. ἀλλὰ ἐλευθέρως μὲν πάντως ὅγε ἄδικος, καὶ ὁ τὰ κακὰ ἔχων d. ἐλασθῆναι δὲ τὸν μὲν ἰάσιμα ἔχοντα ἐγχαρεῖ, καὶ ἀνείργοντα τὸν θυμὸν πραῦνειν, καὶ μὴ, ἀκροχολοῦντα, γυναικείως πικραίνόμενον διατελεῖν τῷ δ' ἀκράτως καὶ ἀπαραμυθῆτως πλημμελεῖ καὶ κακῶ ἐφίεναι δεῖ τὴν ὀργήν. διὸ δὴ θυμοειδῆ πρέπειν καὶ πρᾶον φάμεν ἐκάστοτε εἶναι δεῖν τὸν ἀγαθόν. πάντων δὲ μέγιστον κακὸν ἀνθρώποις τοῖς πολλοῖς ἐμφυτον ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔστιν οὗ πᾶς ἑαυτῷ συγγνώμη ἔχων, ἀποφυγὴν οὐδεμίαν μηχανᾶται. τοῦτο δ' ἔστιν ὃ λέγουσιν ὡς φίλος αὐτῷ e. πᾶς ἄνθρωπος οὕσει τέ ἐστι, καὶ ὀρθῶς ἔχει τὸ δεῖν εἶναι τοιοῦτου. τὸ δὲ ἀληθείᾳ γε πάντων ἀμαρτημάτων, διὰ τὴν σφόδρα ἑαυτοῦ Φιλίαν, αἴτιον ἐκάστῳ γίνεσθαι ἐκάστοτε. τυφλοῦται γὰρ περὶ τὸ φιλούμενον ὁ Φιλῶν. ὥστε τὰ δίκαια καὶ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ καλὰ κακῶς κρίνει, τὸ αὐτοῦ πρὸ τοῦ ἀλη- P. 73²
θοῦς ἀεὶ τιμᾶν δεῖν ἡγούμενος. οὔτε γὰρ ἑαυτὸν οὔτε τὰ ἑαυ- a.

pter in eo cum maxime fit honorandus, nemo sponte summum accipiet malum, voletque per totam vitam id possidere. Porro miserabilis omnino est iniustus omnis, & qui mali quidquam habet. misereri autem decet eorum, qui sanabiles sunt, & cohibere iram, ne adversus eos muliebri iracundiae fervore animus efferatur, duriusque insistat. Qui autem ita sunt flagitiosi, ut incurabiles sint, eis ira vehementius immittenda. Propterea diximus, animosum, id est, generosae iracundiae non expertem, ac simul mitem, bonum virum semper esse debere. Omnium vero maximum quiddam malum in multorum hominum animis est innatum: cuius quidem, cum facile sibi ignoscant, remedium nullum excogitant. Est autem hoc, quod dicere solent, quod natura sibi quisque amicus est: recteque est, ita id se habere. sed revera nimius in se ipsum amor omnium peccatorum omnibus semper est causa. obcaecatur quippe circa amatum, qui amat. quapropter qui se ipsum magis, quam veritatem, honorandum putat, quid iustum, bonum, pulchrum

- τοῦ χρητῶν γε μέγαν ἄνδρα ἐσόμενον σέργειν, ἀλλὰ τὰ δίκαια, ἔάν τε παρ' αὐτῶ, ἔάν τε παρ' ἄλλω μᾶλλον πραττόμενα τυγχάνη. ἐκ ταυτοῦ δὲ ἀμαρτήματος τούτου καὶ τὸ τὴν ἀμαθίαν τὴν παρ' αὐτῶ δοκεῖν σοφίαν εἶναι, γέγονε πᾶσιν. ὅθεν οὐκ εἰδότες (ὡς ἔπος εἰπεῖν) οὐδὲν, οἴομεθα τὰ πάντα εἰδέναι· οὐκ ἐπιτρέποντες δὲ ἄλλοις ἢ μὴ ἐπισάμεθα πράττειν, ἀναγκαζόμεθα ἀμαρτάνειν αὐτοὶ πράττοντες. διὸ πάντα ἄνθρωπον χρητῶν φεύγειν τὸ σφόδρα φιλεῖν αὐτόν· τὸν δ' ἑαυτοῦ βελτίω διώκειν δεῖ, μηδεμίαν αἰσχύνην ἐπὶ τῷ τοιούτῳ πρόσθεν ποιούμενον. ἃ δὲ σμικρότερα μὲν τούτων καὶ λεγόμενα πολλάκις ἐσὶ, χρήσιμα δὲ τούτων οὐχ ἦττον, χρητῶν λέγειν, ἑαυτὸν ἀναμιμνήσκοντα. ὥσπερ γὰρ τινος ἀπορρήετος, αἰεὶ δεῖ τοῦναντίον ἐπιρρῆν. ἀνάμνησις δ' ἐστὶν ἐπιρροή.
- c. Φρονήσεως ἀπολιπούσης. διὸ δὴ γελάτων τε εἶργεσθαι χρητῶν ἐξαισίων καὶ δακρύων παραγγέλλειν δὲ παντὶ πάντ' ἄνδρα, καὶ ὅλην περιχάρειαν πᾶσαν ἀποκρυπτόμενον καὶ περιωδυνίαν, εὐσχημονεῖν πειρᾶσθαι, κατὰ τε εὐπραγίας ἰσαμένον

fit, male iudicat. Decet sane, eum, qui magnus vir futurus est, neque se ipsum, neque sua diligere; sed iusta semper, sive a se ipso, seu ab alio quovis gerantur. Ex hoc ipso delicto accidit omnibus, ut ignorantiam suam esse sapientiam opinentur. hinc fit, ut, quamvis nihil, ut ita dicam, sciamus, scire tamen omnia arbitremur. Cum vero nec aliis permittamus facultatem agendi, quae ipsi facere ignoramus, facientes ipsi errare compellimur. Quamobrem nimium sui ipsius amorem fugere quisque debet, & meliores se sequi, nullo rubore verecundiae impeditus. Sunt & alia nonnulla, quae & minora his sunt, & saepe dicuntur. sed cum nihilominus utilia sint, ea quoque dicenda: nam commemoratione opus est. Semper enim, quasi aliquid effluat, contra aliquid oportet influere. Recordatio vero est prudentiae deficientis influxus. profecto a risu nimio & lacrimis abstinendum, omnibusque est ab omnibus praecipendum, ut, laetitia nimia tristitiaque compressa, honesto in habitu se contineant, sive in felicitate quemquam daemone cuiusque

τοῦ δαίμονος ἐκάστου καὶ κατὰ τύχας· οἷον πρὸς ὑψηλὰ καὶ ἀνάυτη δαιμόνων ἀνθισαμένων τισὶ πράξεσιν. ἐλπίζειν δ' αἰετοῖς γε ἀγαθοῖς τὸν θεὸν ἃ δωρεῖται πόνων μὲν ἐπιπιπτόντων, ἀντὶ μειζόνων ἐλάττους ποιήσειν, τῶν τ' αὖ νῦν παρόντων ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολάς· περὶ δὲ τὰ ἀγαθὰ, τὰ ἐνκυττία τούτων, αἰεὶ πάντ' αὐτοῖς παραγενήσεσθαι μετ' ἀγαθῆς τύχης. ταύταις δὲ ταῖς ἐλπίσιν ἕκαστον χρὴ ζῆν, καὶ ταῖς ὑπομνήσεσι πάντων τῶν τοιούτων μηδὲν φειδόμενον, ἀλλ' αἰεὶ κατὰ τε παιδιὰς καὶ σπουδᾶς ἀναμιμνήσκοντα ἕτερόν τε καὶ ἐκυτὸν σαφῶς. νῦν οὖν δὴ περὶ μὲν ἐπιτηδευμάτων οἷα χρὴ ἐπιτηδεύειν, καὶ περὶ αὐτοῦ ἐκάστου, ποῖον τινα χρεῶν εἶναι, λέλεκται σχεδὸν ὅσα θεῖά ἐσι. τὰ δ' ἀνθρώπινα νῦν ἡμῖν οὐκ εἴρηται. δεῖ δὲ ἀνθρώποις γὰρ διαλεγόμεθα, ἀλλ' οὐ θεοῖς. ἐσι δὴ φύσει ἀνθρώπειον μάλιχα, ἡδοναὶ καὶ λύπαι καὶ ἐπιθυμίαι. ἐξ ὧν ἀνάγκη τὸ θυητὸν πᾶν ζῶον ἀτεχνῶς οἷον ἐξηρτῆσθαι τε καὶ ἐκυρεμάμενον εἶναι σπουδαῖς ταῖς μεγίσταις. δεῖ δὴ τὸν κάλλιστον βίον ἐπαινεῖν, μὴ μόνον ὅτι τῷ σχήματι κρατᾷ πρὸς εὐδοξίαν, ἀλλὰ καὶ ὡς, ἂν τις ἐθέλῃ γυσε-

P.
733
a.

sistat, seu per fortunae casus, tanquam ad ardua difficiliaque tendentibus, operationibus quibusdam daemones averfantes insurgant. Sperare semper boni viri debent, munera, quae talibus viris dare Deus solet, sibi non defutura: ac si qui graves labores inciderint, Deum leniores eos facturum, & praesentia in melius commutaturum: bona vero contra omnia una cum bona fortuna sibi affore. Hac spe singuli vivant, & semper tam ioco, quam serio, & se, & ceteros ad frequentem horum commemorationem sedulo & accurate adhortentur. Sed iam, quae facere unusquisque debeat, & qualis esse, quo ad divina spectat officia, dictum est: humana vero nondum explanavimus. dicenda autem sunt. hominibus enim, non Diis, praecipimus. Sunt porro natura maxime humana, voluptates, dolores, cupiditatesque. ex quibus necesse est mortale animal quasi pendere, & maximo quidem cum studio. Laudanda certe honestissima vita est, non solum quia gloriae habitum superat,

- σθαι, καὶ μὴ νέος ὢν φυγὰς ἀπ' αὐτοῦ γένηται, κρατεῖ καὶ τούτῳ ὃ πάντες ζητοῦμεν, τῷ χαίρειν πλείω, ἐλάττω δὲ λυπεῖσθαι παρὰ τὸν βίον ἅπαντα. ὡς δὲ ἔσαι τοῦτο σαφές, ἂν γεύηται τις ὀρθῶς, ἐτοιμῶς καὶ σφόδρα φανήσεται. ἢ δὲ ὀρθότης τις, τοῦτο ἤδη παρὰ τοῦ λόγου χρὴ λαμβάνοντα σκοπεῖν εἴτε οὕτως ἡμῖν κατὰ φύσιν πέφυκεν, εἴτε ἄλλως παρὰ φύσιν. βίον δὲ χρὴ παρὰ βίον ἡδίω καὶ λυπηρότερον ᾧδε σκοπεῖν. ἡδονὴν βουλόμεθα εἶναι ἡμῖν, λύπην δὲ οὐθ' αἰρούμεθα, οὔτε βουλόμεθα. τὸ δὲ μῆδέτερον ἀντὶ μὲν ἡδονῆς οὐ βουλόμεθα, λύπης δὲ ἀλλάττεσθαι βουλόμεθα. λύπην δὲ ἐλάττω μετὰ μείζονος ἡδονῆς βουλόμεθα, ἡδονὴν δὲ ἐλάττω μετὰ μείζονος λύπης οὐ βουλόμεθα. ἴσα δ' ἀντὶ ἴσων ἐκάτερα τούτων, οὐχ ὡς βουλόμεθα, ἔχοιμεν ἂν διασαφεῖν. ταῦτα δὲ πάντα ἐστὶ, πλήθει καὶ μεγέθει, καὶ σφοδρότησιν, ἰσότησί τε, καὶ ὅσα ἐναντία ἐστὶ πᾶσι τοῖς τοιοῦτοις, πρὸς βούλησιν διαφέρουτά τε καὶ μῆδὲν διαφέροντα πρὸς αἵρεσιν ἐκάστων. οὕτω δὲ τούτων ἐξ ἀνάγκης διακεκοσμημένων, ἐν ᾧ μὲν βίῳ ἔνεσι

verum etiam quia, si quis velit gustare, nec inde statim a iuventute fugere, eo quoque superat quod omnes experimus, ut per totam vitam laetemur magis, quam doleamus. Quod vero erit ita, si quis recte gustet, facile valdeque patebit. quo autem pacto recte id fiat, ratione iam considerandum est, sive ita nobis secundum naturam inest, sive aliter praeter naturam. Vitam itaque ad vitam iucundiolem & molestiolem ita conferre oportet. Voluptatem adesse nobis volumus, dolorem vero nec eligimus, neque volumus. medium autem statum pro voluptate nequaquam volumus, doloris tamen loco accipimus. dolorem etiam minorem maiore cum voluptate volumus: voluptatem minorem cum maiore dolore nequaquam. Pari autem modo utrumque horum habere nos nolle, possumus declarare. Haec omnia multitudine, magnitudine, intensione, aequalitate, horumque contrariis, ad electionem singulorum voluntatemque, & differunt, & non differunt. Cum haec necessario sic se habeant, eam quidem vitam, in

πολλὰ ἐκάτερα, καὶ μεγάλα καὶ σφοδρὰ, ὑπερβάλλει δὲ τὰ
 τῶν ἡδονῶν, βουλόμεθα· ἐν ᾧ δὲ τὰ ἐναντία, οὐ βουλόμεθα.
 καὶ αὐτὴ ἐν ᾧ ὀλίγα ἐκάτερα, καὶ μικρὰ, καὶ ἡρεμαῖα, ὑπερ-
 βάλλει δὲ τὰ λυπηρὰ, οὐ βουλόμεθα· ἐν ᾧ δὲ τὰναντία, βου-
 λόμεθα. ἐν ᾧ δ' αὐτὴ βίῳ ἰσορροπεῖ, καθάπερ ἐν τοῖς πρόσθεν,
 δεῖ διανοεῖσθαι τὸν ἰσορροποῦν βίον ὡς τῶν μὲν ὑπερβαλλόν-
 των τῷ Φίλῳ ἡμῶν, βουλόμεθα, τῶν δ' αὐτὴ τοῖς ἐχθροῖς, οὐ
 βουλόμεθα. πάντας δὲ δεῖ διανοεῖσθαι τοὺς βίους ἡμῶν ὡς ἐν
 τούτοις ἐνδεδεμένοι πεφύκασι καὶ δεῖ διανοεῖσθαι ποίους Φύ-
 τει βουλόμεθα. εἰ δὲ τι παρὰ ταῦτα ἄρα φαμὲν βούλεσθαι,
 διὰ τινὰ ἀγνοίαν καὶ ἀπειρίαν τῶν ὄντων βίων αὐτὰ λέγο-
 μεν. τίνες δὲ καὶ πόσοι εἰσὶ βίοι, ὧν περὶ δεῖ προελόμενον, τὸ
 βουλητὸν τε καὶ ἐκούσιον, ἀβουλητὸν τε καὶ ἀκούσιον ἰδόντα,
 εἰς νόμον ἑαυτῷ ταξάμενον, τὸ Φίλον ἄμα καὶ ἡδὺ καὶ ἀρι- e.
 σόν τε καὶ κάλλιστον ἐλόμενον, ζῆν ὡς οἶόντ' ἐστὶν ἀνθρώπου
 μακκαριώτατα; λέγωμεν δὲ σώφρονα βίον ἕνα εἶναι, καὶ Φρό-
 νιμον ἕνα, καὶ ἕνα τὸν ἀνδρείον· καὶ τὸν ὑγιεινὸν βίον ἕνα

qua cum utraque multa, magna, intensaque fiunt, voluptates tamen excedunt, volumus: eam autem, in qua contraria, nolumus. Atque eam rursus, in qua, licet utraque parva & remissa sunt, molesta tamen superant, nolumus: sed eam, in qua contraria, volumus. Si autem aequalia sunt, de aequali vita, ut diximus, cogitandum. volumus enim, quae illo excedunt, quod nos diligimus: & nolumus, quae contrario superant. Considerare oportet, quemadmodum omnes vitae nostrae in his connexae naturaliter sunt, & quas natura velimus. si quid autem praeter haec velle nos dicimus, ignorantia quadam imperitiaque vitarum id dicimus. Quenam igitur & quot vitae sunt, in quibus nosse oportet, quod nolendum, quod volendum, quod sponte fieri, quod contra soleat: hisque cognitis legem sibi ipsi praescribere: atque inde quod sibi amicium sit simul, & iucundum, & optimum, pulcherrimumque eligere, ut quis, quoad homini licet, beatissime vivat? Temperatam vitam unam esse dicamus, prudentem alteram,

- ταξώμεθα καὶ τούτοις οὐσι τέτταρσιν ἐναντίους ἄλλους τέτταρας, ἀφρονα, δειλὸν, ἀκόλαστον, νοσῶδη. σώφρονα μὲν οὖν βίον ὁ γνώσκων εἴσει πρᾶον ἐπὶ πάντα καὶ ἡρεμαίαιας μὲν
- P.** λύπας, ἡρεμαίαιας δὲ ἡδονὰς, μαλακὰς δὲ ἐπιθυμίας, καὶ ἔρω-
734
a. τας οὐκ ἐμμανεῖς παρεχόμενον. ἀκόλαστον δὲ, ὄξιν ἐπὶ πάντα καὶ σφοδρὰς μὲν λύπας, σφοδρὰς δὲ ἡδονὰς, συτάνους δὲ καὶ οἰσρώδεις ἐπιθυμίας τε καὶ ἔρωτας ὡς οἴοντ' ἐμμανεστάτους παρεχόμενον ὑπερβαλλούσας δὲ ἐν μὲν τῷ σώφρονι βίῳ τὰς ἡδονὰς τῶν ἀχθιδόνων, ἐν δὲ τῷ ἀκολάστῳ, τὰς λύπας, τῶν ἡδονῶν, μεγέθει καὶ πλήθει καὶ πυκνότησιν. ὅθεν ὁ μὲν, ἡδίων ἡμῖν τῶν βίων, ὁ δὲ, λυπηρότερος ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει
- b.** κατὰ φύσιν γίγνεσθαι καὶ τόν γε βουλόμενον ἡδέως ζῆν, οὐκέτι παρείκει ἐκόντα γε ἀκολάστως ζῆν. ἀλλ' ἤδη δῆλον ὡς, εἰ τὸ νῦν λεγόμενον ὀρθόν, πᾶς ἐξ ἀνάγκης ἄκων ἐστὶν ἀκόλαστος. ἢ γὰρ δι' ἀμαθίαν, ἢ δι' ἀκράτειαν, ἢ δι' ἀμφοτέρα, τοῦ σωφρονεῖν ἐνδεής ὢν ζῆ ὁ πᾶς ἀνθρώπινος ὄχλος. ταυτὰ

tertiam fortem, sanam denique quartam. & quatuor his alias contrarias quatuor statuamus, imprudentem, ignavam, intemperatam, aegrotantem. Quisquis vitam temperatam recte noverit, mitem in omnibus & moderatam dicet: quaeque dolores quietos, voluptates remissas, molles cupiditates, amores minime furiosos habeat. Intemperatam vero, in omnibus acrem, quae doloribus vehementibus & vehementibus voluptatibus, cupiditatibus ardentibus furiosisque, & insanis mirum in modum amoribus agitetur. Sed superant in vita quidem temperata voluptates, dolores autem superantur: in vita intemperata contra, voluptates a doloribus superantur magnitudine, multitudine, atque frequentia. Quo fit, ut necessario altera nobis secundum naturam vita iucundior sit, altera tristior, & volentem iucunde vivere, sponte intemperanterque vivere non permittat. constat enim, si, quod nunc dictum est, recte est dictum, quod necesse sit intemperatum omnem praeter sententiam esse talem. quippe vel per ignorantiam, vel incontinentiam, vel utramque, omnis humana turba expers temperantiae

δὲ περὶ νοσώδους τε καὶ ὑγιεινοῦ βίου διανοητέον, ὡς ἔχουσι
 μὲν ἡδονὰς καὶ λύπας ὑπερβάλλουσι δὲ ἡδοναὶ μὲν λύπας ἐν
 ὑγείᾳ, λύπαι δὲ ἡδονὰς ἐν νόσοις. ἡμῖν δὲ ἡ βούλησις τῆς c.
 αἰρέσεως τῶν βίων, οὐχ ἵνα τὸ λυπηρὸν ὑπερβάλῃ ὅπου δ'
 ὑπερβάλλεται, τοῦτον τὸν βίον ἡδίω κενρίκαμεν. ὁ δὲ σῶ-
 φραν τοῦ ἀκολάστου, καὶ ὁ Φρόνιμος τοῦ ἀφρονος (Φαίμεν
 αὖ) καὶ ὁ τῆς ἀνδρείας τοῦ τῆς δειλίας, ἐλάττονα καὶ σμι-
 κρότερα καὶ μανώτερα ἔχων ἀμφότερα, τῆ τῶν ἡδονῶν ἐκά-
 τερὸς ἐκότερον ὑπερβάλλων, τῆ τῆς λύπης ἐκείνων ὑπερβαλ-
 λόντων αὐτοῦς, ὁ μὲν ἀνδρεῖος, τὸν δειλὸν, ὁ δὲ Φρόνιμος, τὸν d.
 ἀφρονα, νικᾷσιν. ὥστε ἡδίους εἶναι τοὺς βίους τῶν βίων, σῶ-
 φρανα καὶ ἀνδρεῖον, καὶ Φρόνιμον καὶ ὑγιεινὸν, δειλοῦ καὶ
 ἀφρονος, καὶ ἀκολάστου καὶ νοσώδους καὶ ξυλλήβδην, τὸν
 ἀρετῆς ἐχόμενον κατὰ σῶμα ἢ καὶ κατὰ ψυχὴν, τοῦ τῆς
 μοχθηρίας ἐχομένου βίου ἡδίω τε εἶναι, καὶ τοῖς ἄλλοις
 ὑπερέχειν ἐκ περιττοῦ, κάλλει καὶ ὀρθότητι, καὶ ἀρετῇ καὶ
 εὐδοξίᾳ. ὥστε τὸν ἔχοντα αὐτὸν, ζῆν εὐδαιμονέστερον ἀπερ- c.
 γάζεσθαι τοῦ ἐναντίου, τῷ παντὶ καὶ ὅλῳ. καὶ τὸ μὲν προί-
 μιον τῶν νόμων ἐνταῦθα λεχθεὲν τῶν λόγων, τέλος ἔχεται.

vivit. Similiter de sana & aegrotante vita est cogitandum,
 quod & dolores & voluptates habeant: sed in sanitate volu-
 ptates excedant, in aegrotatione dolores. Nostra vero volun-
 tas in deligendo genere vitae non est, ut dolor superet. ubi au-
 tem superatur, eam vitam iucundiores iudicavimus. Tempe-
 ratus igitur intemperato, prudens imprudente, fortis ignavo,
 utraque pauciora, minora, rarioraque habet: & alter volu-
 ptatibus, alter doloribus superat: ita ut fortis ignavum, pru-
 dens amentem, temperans petulantem, sanus aegrotantem vo-
 luptate superet. utque in summam redigantur, quae vita vir-
 tutis corpore aut animo particeps est, ea est iucundior im-
 prohibitatis particeps, & aliis: praeterea pulchritudine, rectitu-
 dine, potentia & gloria praestat: ita ut qui in ea constitutus
 est, felicior contrario in omnibus vivat. Verum exordium le-
 gum iam finem accipiat. Post exordium, legem sequi necesse

Μετὰ δὲ τὸ προοίμιον, ἀναγκαῖόν που νόμον ἔπεσθαι μᾶλλον δὲ, τόγῃ ἀληθές, νόμους πολιτείας ὑπογράφειν. καθάπερ οὖν δὴ τινα ξυμφυῆν, ἢ καὶ πλέγμα ἄλλ' ὅτιοῦν, οὐκ ἐκ τῶν αὐτῶν οἶόντ' ἐστὶ τὴν τε ξυμφυῆν καὶ τὸν σήμονα ἀπεργάζεσθαι, διαφέρειν δ' ἀναγκαῖον τὸ τῶν σημόνων πρὸς ἀρετὴν

- P. γένος. ἰσχυρόν τε γὰρ καὶ τινα βεβαιότητα ἐν τοῖς τρόποις
 735 a. εἰληφός, τὸ δὲ, μαλακώτερον, καὶ ἐπιεικεία τιμὴ δικαίᾳ χρώμενον. ὅθεν δὴ τοὺς τὰς μεγάλας ἀρχὰς ἐν ταῖς πόλεσιν ἄρξοντας δεῖ διακρίνεσθαι τινὰ τρόπον ταύτῃ, καὶ τοὺς σμικρὰ παιδείᾳ βασανισθέντας ἐκάστοτε κατὰ λόγον. ἐσὸν γὰρ δὴ δύο πολιτείας εἶδη τὸ μὲν, ἀρχῶν κατὰσσις ἐκάστοις· τὸ δὲ, νόμοι ταῖς ἀρχαῖς ἀποδοθέντες. τὸ δὲ πρὸ τούτων ἀπάντων δεῖ διανοεῖσθαι τὰ τοιαῦτα· πᾶσαν ἀγέλην ποιμὴν καὶ βουκόλος,
 b. τροφεύς τε ἵππων, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, παραλαβὼν, οὐκ ἄλλως μὴ ποτε ἐπιχειρήσειε θεραπεύειν, ἢ πρῶτον μὲν τὸν ἐκάστη προσήμοντα καθαροῦν καθάρῃ τῇ ξυνοικήσει διαλέξας δὲ τὰ τε ὑγιῆ καὶ τὰ μὴ, καὶ τὰ γενναῖα καὶ ἀγεννῆ, τὰ μὲν ἀποπέμψει πρὸς ἄλλας τινὰς ἀγέλας, τὰ δὲ θεραπεύσει διανοούμενος ὡς μάταιος ἂν ὁ πόνοσ εἴη καὶ ἀνήνυτος περὶ τε

est: immo vero leges deinceps reipublicae revera conscribendae sunt. Quemadmodum igitur quaecunque texuntur, non ex similibus omnino trama stamineque texuntur, sed staminis genus robustius atque firmitus est, tramae mollius, ut facilius cedat: ita homines, qui magistratus gesturi in civitate sunt, eodem modo discerni semper oportet, & eos, qui in leviori quadam facultate experimentum sui dederunt. Duae vero sunt in republica species: altera magistratuum, altera legum constitutio. Ante vero haec omnia ita cogitandum est: Cum pastor atque bubulcus, equorumque curator, ceterique huiusmodi, greges & armenta susceperint, non antea curant, quam singulis convenientem purgationem adhibeant. porro, sanis ab aegrotantibus, generosisque ab ignavis segregatis, altera in greges alics mittent, altera vero curabunt: non ignorantes, aliter frustra se tam pro corpore, quam pro anima, laboraturos, nempe naturae

σῶμα καὶ ψυχὰς, ἃς Φύσις καὶ ποιηρὰ τροφή διεφθαρκυῖα, προσπόλλουσι τὸ τῶν ὑγιῶν καὶ ἀκηράτων ἡθῶν τε καὶ σωμάτων c. τῶν γένος ἐν ἐκάστοις τῶν κτημάτων, ἃν τις τὰ ὑπάρχοντα μὴ διακαθαίρηται. τὰ μὲν δὲ τῶν ἄλλων ζώων, ἐλάσσων τε σπουδῆ, καὶ παραδείγματος ἕνεκα μόνου ἄξια παραδέσθαι τῷ λόγῳ τὰ δὲ τῶν ἀνθρώπων, σπουδῆς τῆς μεγίστης τῷ τε νομοθέτῃ διερευνᾶσθαι καὶ φράζειν τὸ προσήκον ἐκάστοις, καθαρμοῦ τε πέρι καὶ ξυμπασῶν τῶν ἄλλων πράξεων. αὐτίκα γὰρ τὸ περὶ καθαρμοῦς πόλεως ἃδ' ἔχον ἂν εἴη πολλῶν οὐ- d. σῶν τῶν διακαθάρσεων, αἱ μὲν, ῥάους εἰσὶν, αἱ δὲ, χαλεπώτεραι καὶ τὰς μὲν τύραννος μὲν ὦν καὶ νομοθέτης ὁ αὐτὸς, ὅσκι χαλεπαὶ τ' εἰσὶ καὶ ἄρισται, δύναιτ' ἂν καθῆραι νομοθέτης δὲ ἄνευ τυραννίδος καθιερᾶς πολιτείαν καινὴν καὶ νόμους, εἰ καὶ τὸν πρῶτάτου τῶν καθαρμῶν καθήρειεν, ἀγαπητῶς ἂν καὶ τὸ τοιοῦτον δράσειεν. ἐσι δ' ὁ μὲν ἄριστος, ἀλγευνός. καθάπερ ὅσα τῶν Φαρμάκων τοιοῦτότροπα, ὁ τῆ δίκῃ e. μετὰ τιμωρίας εἰς τὸ κολάζειν ἄγων, θάνατον ἢ Φυγὴν τῇ τιμωρίᾳ τὸ τέλος ἐπιτιθεῖς. τοὺς γὰρ μέγιστα ἐξημαρτηκότας,

& educationis pravitas ita corrumpit, ut, nisi quis fegreget sanorum integrorumque morum ac corporum genus, in singulis contagione interimant. Sed de ceteris quidem animalibus minor cura, & exempli causa solum eorum mentio facienda. De hominibus vero maximum studium legislator habebit, ac diligenter rimabitur omnia, ut singulis consentanea scribere queat, tum de lustratione, tum de ceteris omnibus actionibus. Sic igitur civitatis lustrationes se habent. multae enim sunt: & aliae leviores, graviores aliae. ac si quis tyrannus simul legislator fit, difficilibus & optimis lustrationibus uti poterit. Legis autem latori, absque tyrannide, qui leges novas atque rempublicam fundabit, satis erit factum, si purgationem mitissimam adhibuerit. nam exactissima purificatio, quemadmodum medicina, quae validior corporibus adhibetur, doloris plena est, & cum ultione iusta poenam infert, morte peccantem aut exilio damnans. Eos enim, qui maxima peccata patrarunt,

ἀνιάτους δὲ ὄντας, μεγίστην δὲ οὖσαν βλάβην πόλεως, ἀπαλλάττειν εἶωθεν. ὁ δὲ πρῶτος ἐστὶ τῶν καθαρμῶν ὁ τοῖσδε ἡμῖν ὅσοι διὰ τὴν τῆς τροφῆς ἀπορίαν τοῖς ἡγεμόσιν ἐπὶ τὰ τῶν ἐχόντων μὴ ἔχοντες ἐτοιμοὺς αὐτοὺς ἐνδείκνυται παρεσκευασκότες ἐπέσθαι, τούτοις, ὡς νοσήματι πόλεως ἐμπεφυκότι, δι' εὐφημίαν ἀπαλλαγῆς ὄνομα ἀποικίαν τιθέμενος, εὐμενῶς ὅτι μάλισα ἐξεπέμψατο. παντὶ μὲν οὖν νομοθετοῦντι, τοῦτο ἀμωσγέπως κατ' ἀρχὰς δραστέον. ἡμῖν μὴν ἔτι τούτων ἀτοπώτερα τὰ περὶ ταῦτ' ἐστὶ συμβεβηκότα νῦν. οὔτε γὰρ ἀποικίαν, οὔτ' ἐκλογὴν τινὰ καθάρσεως δεῖ μηχανᾶσθαι πρὸς τὸ παρόν· οἷον δὲ τινῶν ξυρρέοντων ἐκ πολλῶν, τὰ μὲν, πηγῶν, τὰ δὲ, χειμάρρων, εἰς μίαν λίμνην, ἀναγκαῖον προσέχοντας τὸν νοῦν φυλάττειν ὅπως ὅτι καθαρῶτατον ἔσαι τὸ συρρέον ὕδαρ' καὶ τὰ μὲν ἐξαντλοῦντας, τὰ δ' ἀποχετεύοντας καὶ παρατρέποντας. πόνος δ', ὡς εἶοικε, καὶ κίνδυνος ἐστὶν ἐν πάσῃ κατασκευῇ πολιτικῇ. ἀλλ' ἐπεὶ περὶ λόγῳ γ' ἐστὶ τὰ νῦν, ἀλλ' οὐκ ἔργῳ πραττόμενα, πεπεράσθω τε ἡμῖν ἡ συλλογὴ, καὶ κατὰ νοῦν ἡ καθαρότης αὐτῆς ἔσω ζυμβεβη-

si insanabiles sint, quoniam civitati maxime noceant, removere omnino solet. Mitior vero purgatio huiusmodi nobis est: Qui ob inopiam victus duces quaerunt, hisque sponte se offerunt, secuturi ex egestate adversus eos, qui non egent, hos, tanquam morbum, qui civitatem labefactet, honesto coloniae nomine benigne expedit. Haec omni legumlatore quodammodo a principio, ut diximus, facienda. nobis autem difficiliora quaedam in praesentia evenerunt. nam neque coloniam, neque delectum aliquem purgandi gratia ad praesens excogitare oportet: sed, quasi ex multis fontibus torrentibusque aqua ad lacunas eadem confluat, necesse observare, ut, qui undique confluit humor, partim exhauriendo effundendoque, partim derivando atque divertendo, quam mundissimus sit. Labor autem, ut videtur, & periculum est in omni constitutione civili. quoniam vero non re nunc, sed verbis agitur, perfectus iam nobis sit delectus, sitque, ut desideramus, facta purgatio. nam

κούα. τοὺς γὰρ κακοὺς τῶν ἐπιχειρούντων εἰς τὴν νῦν πόλιν **c.**
 ὡς πολιτευσομένους ξυλιέναι, πειθοῖ πάσῃ καὶ ἰκανῶ χρόνῳ
 διαβασκυσάντες, διακωλυσωμεν ἀφικνεῖσθαι τοὺς δ' ἀγα-
 θούς, εἰς δύναμιν εὐμενεῖς ἰλεῶ τε προσαγάμεθα. τότε δὲ μὴ
 λαυθαλέτω γιγνόμενον ἡμᾶς εὐτύχημα, ὅτι καθάπερ εἶπομεν
 τῆν τῶν Ἡρακλειδῶν ἀποικίαν εὐτυχεῖν, ὡς γῆς καὶ χρεῶν
 ἀποκοπῆς καὶ νομῆς περὶ δεινὴν καὶ ἐπικίνδυνον ἔριν ἐξέφυγε.
 ἢ νομοθετεῖσθαι ἀναγκασθεῖσθαι πόλει τῶν ἀρχαίων οὔτε ἔἴη **d.**
 οἴνυτε ἀκίνητον οὐδὲν, οὔτ' αὖ κινεῖν δυνατὸν ἐστὶν τινὰ τρόπον.
 εὐχὴ δὲ μόλιον, ὡς ἔπος εἶπεῖν, λείπεται, καὶ σμικρὰ μετά-
 βασίς εὐλαβῆς, ἐν πολλῶ χρόνῳ σμικρὸν μεταβιβάζουσιν. ἢ
 δὲ τῶν κινούτων ἀεὶ, κεκτημένων μὲν αὐτῶν γῆν ἀφθονοῦ
 ὑπάρχει, κεκτημένων δὲ καὶ ὀφειλέτας αὐτοῖς πολλούς· ἐθε-
 λόντων δὲ τούτων πῆ τοῖς ἀπορουμένοις δι' ἐπιείκειαν κοινω-
 νεῖν, τὰ μὲν ἀφιέντας, τὰ δὲ νεμομένους, ἀμνητέπη τῆς με- **e.**
 τρίτης ἐχομένους· καὶ πενίαν ἡγουμένους εἶναι μὴ τὸ τὴν
 οὐσίαν ἐλάττω ποιεῖν, ἀλλὰ τὸ τὴν ἀπλησίαν πλεῖω. σωτη-

malos, qui hanc civitatem adire gubernaturi contendunt, cum
 fatis longo tempore examinaverimus, omni persuasione acce-
 dere prohibebimus: probos autem, pro viribus benevolos pro-
 pitiosque facientes, alliciemus. Sed neque latere debet, quam
 feliciter nobiscum actum sit. quippe quemadmodum Heracli-
 darum coloniam felicem fuisse diximus, quoniam dividendo-
 rum agrorum innovandarumque tabularum gravem & pericu-
 losam contentionem effugit: quam quidem rem veterum civi-
 tas, leges ferre coacta, neque praetermittere potest omnino,
 neque inovere quodammodo: ita ferme & nobis accidisse vi-
 detur. solum ergo, ut ita dicam, restat votum, parvaque mu-
 tatio cauta, parum longo in tempore transmutantibus. est au-
 tem haec, ut in his mutationibus faciendis una cum debitori-
 bus multis, multos quoque agros cives possideant, velintque
 humaniter cum egenis communicare, partim mittendo, partim
 accipiendo, colentes mediocritatem, existimantesque pauper-
 tatem non in diminutione pecuniarum, sed in acquirendi in-

- ρίας τε γὰρ ἀρχὴ μεγίστη πόλεως αὕτη γίνεται καὶ ἐπὶ ταύτης, οἷον κρηπίδος μονίμου, ἐποικοδομεῖν δυνατὸν ὄντινα ἂν ὑπερον ἐποικοδομῆ τις κόσμον πολιτικὸν, προσήκοντα τῇ τοιαύτῃ καταστάσει. ταύτης δὲ σαθρᾶς οὔσης τῆς μεταβά-
- p. σεως, οὐκ εὐπορος ἢ μετὰ ταῦτα πολιτικῆ πρᾶξις οὐδεμία
- 737
a. γίγνοιτ' ἂν πόλει ἢν ἡμεῖς μὲν, ὡς Φαμὲν, ἐκφεύγομεν ὄρωσ δὲ, εἰρήσθαι γε ὀρθότερον, εἰ καὶ μὴ ἐκφεύγομεν ὄπη ποτ' ἂν ἐποιοῦμεθα αὐτῆς τὴν φυγὴν. εἰρήσθω δὲ νῦν ὅτι διὰ τοῦ μὴ φιλοχρηματεῖν μετὰ δίκης· ἄλλη δ' οὐκ ἔστιν οὔτ' εὐρεῖα οὔτε ξενὴ τῆς τοιαύτης μηχανῆς διαφυγῆ. καὶ τοῦτο μὲν, οἷον ἔρμα πόλεως ἡμῶν κείσθω τανῦν. ἀνεγκλήτους γὰρ
- b. δεῖ τὰς οὐσίας πρὸς ἀλλήλους κατασκευάζεσθαι ἀμωσγέπως, ἢ μὴ προϊέναι πρότερον εἰς τοῦμπροσθεν ἔκοντα εἶναι τῆς ἀλλης κατασκευῆς, οἷς ἢ παλαιὰ ἐγκλήματα πρὸς ἀλλήλους, καὶ ὅσοις νοῦ καὶ σμικρὸν μετῆ. οἷς δὲ, ὡς ἡμῶν, νῦν θεὸς ἔδωκε καινὴν τε πόλιν οἰκίζειν, καὶ μὴ τινος ἔχθρας εἶναι πω πρὸς ἀλλήλους, τούτους ἔχθρας αὐτοῖς αἰτίους γενέσθαι διὰ

fatiabili cupiditate consistere. hoc enim civitati maximum est salutis initium, super quo, quasi stabili fundamento, aedificare postea, quidquid civitati decorum & huic constitutioni congruum fit, facile quisque poterit. sed si fundamentum hoc debile ruinosumque fuerit, nulla civilis opera prospere deinde succedet: quam nos quidem, ut dicimus, fugimus: aut si minus fugimus, tamen verbis, quo pacto fugiendum sit, ostendentes, dicimus nullam esse aliam aut latam, aut angustam, fugiendi viam, nisi ut colamus iustitiam, neque acquirendi cupiditatem sequamur. Atque hoc iam nobis quasi quoddam civitatis sustentaculum & praesidium fit fundatum. census enim, quos sibi cives paraverint, careant quodammodo crimine oportet, vel ulterius in acquirendo progredi ultro desistant, quibus invicem vetera crimina habentur, quique vel paulum mentis compotes sint. Illi autem, quibus Deus dedit, quemadmodum & nobis, novae civitatis constitutionem, in qua nullae inimicitiae sunt, si propter habitationum agrorumque distributionem inimi-

τὴν διανομὴν τῆς γῆς τε καὶ οἰκίσεων, οὐκ ἀνθρώπινος ἀν εἶη μετὰ κλήσεως πάσης ἀμαθία. τίς οὖν δὴ τρόπος ἀν εἶη τῆς ὀρθῆς διανομῆς; πρῶτον μὲν, τὸν αὐτὸν ὄγκον τοῦ ἀριθμοῦ δεῖ τάξασθαι, πόσον εἶναι χρεῶν μετὰ δὲ τοῦτο, τὴν διανομὴν τῶν πολιτῶν, καθ' ὅποσα μέρη πλήθει καὶ πηλίκῃ διαιρέσει αὐτοῖς, ἀνομολογητέον. ἐπὶ δὲ ταῦτα, τὴν τε γῆν καὶ τὰς οἰκίσεις ὅτι μάλιξ ἴσας ἐπιμεμητέον. ὄγκος δὲ πλήθους ἰκανὸς οὐκ ἄλλως ὀρθῶς γίγνεται ἢ ἀν λεχθεῖς, ἢ πρὸς τὴν γῆν καὶ τὰς τῶν πλησιοχώρων πόλεις. γῆς μὲν, ὅποση πόσους σώφρονας ὄντας ἰκανῆ τρέφειν πλείονος δ' οὐδὲν προσδεῖ. πλείους δὲ, ὅποσοι τοὺς προσχώρους ἀδικουντάς τε αὐτοὺς ἀμύνασθαι δυνατοί, καὶ γείτοσιν ἑαυτῶν ἀδικουμένοις βοηθῆσαι μὴ παντάπασιν ἀπόρας δύναται ἂν. ταῦτα δ' ἰδόντες, τὴν χώραν καὶ τοὺς γείτονας ὀριζόμεθα ἔργῳ καὶ λόγοις. νῦν δὲ, σχήματος ἕνεκα καὶ ὑπογραφῆς, ἵνα περαινῆται πρὸς τὴν νομοθεσίαν ὁ λόγος ἴτω. πεντάκις μὲν χίλιοι ἔσωσαν καὶ τεταράκοντα, ἀριθμοῦ τινος ἕνεκα προσήκοντος, γεωμόροι τε καὶ ἀμυνοῦντες τῆ νομῆ. γῆ δὲ καὶ οἰκίσεις ὡσαύτως τὰ αὐ-

 κεντημένος, ἐμμελεσάτην οὐσίαν κέντητο. τὰ μὲν οὖν πολλὰ
 οὔτε νοῆσαι χαλεπὸν, οὔτε κτήσασθαι τὰ δὲ δὴ τῶν οἰκε-
 τῶν, χαλεπὰ πάντα. τὸ δ' αἴτιον οὐκ ὀρθῶς πως, καὶ τινα
- c. τρόπον ὀρθῶς περὶ αὐτῶν λέγομεν. ἐναντία γὰρ ταῖς χρείαις
 καὶ κατὰ τὰς χρείας αὖ ποιοῦμεθα περὶ δούλων τὰ λεγό-
 μενα. ΜΕΓ. Πῶς δ' αὖ τοῦτο λέγομεν; οὐ γὰρ που μαυθά-
 νομεν, ὦ ξένε, ὅ, τι τανῦν φράζεις. ΑΘ. Καὶ μάλα γε, ὦ
 Μέγилле, εἰκότως. σχεδὸν γὰρ πάντων τῶν Ἑλλήνων ἢ Λα-
 κεδαιμονίων εἰλωτεία πλείστην ἀπορίαν παράσχοιτ' ἂν καὶ ἔρην,

cit : consuetudo autem satuta , nec ullum habens per inter-
 missionem temporis desiderium , alterum ab altero fatietate
 disjungit. quapropter , parentibus utrisque affinisque re-
 lictis , seorsum quasi ad coloniam proficiscantur , ac vi-
 cissim se ipsos observantes habitent , liberos generando , &
 educando : & vitam , quam ab aliis acceperunt , a se quasi
 lampada aliis tradant , Deos semper secundum leges colentes.
 Post haec considerandum est , quarum rerum maxime ho-
 nesta possessio sit. in plurimis quidem seu cognoscendis ,
 sive comparandis & possidendis , nulla est difficultas. in
 servis autem id omnino difficile. Causam vero , & recte
 quodammodo , & non recte rursus de ipsis dicamus. nam
 & contra usum , & iterum secundum usum , de servis verba
 dicuntur. *Meg.* Quo pacto id dicimus ? non enim intelli-
 gimus , hospes , quid modo dicere velis. *Athen.* Non iniu-
 ria , o Megille. ferme enim illa Lacedaemoniorum ser-
 vitus , quam Hilotiam vocatis , prae ceteris Graecis maxi-
 mam dubitationem & contentionem facit , cum aliis bene ,

τοῖς μὲν, ὡς εὔ, τοῖς δ', ὡς οὐκ εὔ γεγονούτα ἐσίν. ἐλάττω δὲ ἢ τε Ἡρακλεωτῶν δουλεία τῆς τῶν Μαρνανδυνῶν καταδου- d.
 λώσεως ἔριν ἂν ἔχοι, τὸ Θετταλῶν τ' αὖ πενεσικὸν ἔθνος. εἰς
 αὐτὰ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα βλέψαντας ἡμᾶς τί χρῆ ποιεῖν
 περὶ κτήσεως οἰκετῶν; ὃ δὲ παριῶν τῷ λόγῳ ἔτυχον εἰπῶν
 καὶ σὺ με εἰκότως τί ποτε φράζομαι ἠρώτησάς. τόδ' ἐσίν ἴσμεν
 ὅτι περ πάντες εἴπομεν ἂν ὡς χρῆ δούλους ὡς εὐμενεστάτους
 ἐκτῆσθαι καὶ ἀρίζους. πολλοὶ γὰρ ἀδελφῶν ἤδη δοῦλοι καὶ
 υἱῶν τισὶ κρείττους πρὸς ἀρετὴν πᾶσαν γενόμενοι, σεσώ-
 κασι δεσπότης καὶ κτήματα, τὰς τε οἰκήσεις αὐτῶν ὄλας. e.
 ταῦτα γὰρ ἴσμεν περὶ δούλων λεγόμενα. ΜΕΓ. Τί μῆν;
 ΛΘ. Οὐκοῦν καὶ τούναντίον, ὡς ὑγιᾶς οὐδὲν ψυχῆς δούλης,
 οὐδὲ πιεῦσαι οὐδέποτε οὐδὲν τῷ γένει δεῖ τὸν νοῦν κεκτημένον.
 ὃ δὲ σοφάτατος ἡμῶν τῶν ποιητῶν καὶ ἀπεφήγατο, ὑπὲρ τοῦ
 Διὸς ἀγορευῶν, ὡς

Ἴημισυ γὰρ τε νόου [φῆσιν] ἀπαμείρεται εὐρύσοπα Ζεὺς p.

Ἄνδρῶν, οὓς ἂν δὴ κατὰ δούλιον ἡμᾶρ ἔλῃσι.

777
a.

Ταῦτα δὲ διαλαβόντες ἕνατοι τοῖς διανοήμασιν, οἱ μὲν πι-

aliis contra instituta videatur. Heraclidarum vero minorem, quam Mariandynorum, disputationem habet: postremo fervilis apud Theffalos turba est. Haec utique & huiusmodi omnia respicientibus, quid de fervorum possessione agendum est? Hoc certe mihi nunc excidit, & tu merito me interrogasti, quid dicerem. hoc autem huiusmodi est: Scimus profecto, quod fatemur omnes, fervos quam benevolentissimos atque optimos habendos esse. multi enim iam servi quibusdam meliores ad virtutem omnem, quam fratres & filii, dominos, & eorum bona, & domos universas servarunt. Haec de servis praedicari non ignoramus. Meg. Certe. Athen. Contra etiam dicitur, nihil in animo ferviente integrum inesse, nec quidquam fervorum generi esse credendum. quod & sapientissimus poetarum testatur nobis, cum de Iove sic loquitur: *Dimidium mentis Iuppiter illis auferi, qui servitutis sorti subiecti sunt.* Haec itaque adeo di-

- ρεύουσί τε οὐδὲν γένει οἰκετῶν, κατὰ δὲ θερίων φύσει κέντροις
 καὶ μάστιγι οὐ τρίς μόνον ἀλλὰ πολλάκις ἀπεργάζονται
 δούλας τὰς ψυχὰς τῶν οἰκετῶν οἱ δ' αὖ τάναντία δρῶσι τού-
 b. των πάντα. ΚΛ. Τί μὴν; τί οὖν δὴ χρὴ ποιεῖν, τούτων, ὧ
 ξένε, διαφορομένων οὕτω, περὶ τῆς ἡμετέρας αὖ χώρας ἡμῶς;
 τῆς τε κτήσεως ἅμα καὶ κολάσεως τῶν δούλων πέρι; ΑΘ.
 Τί δ', ὦ Κλεινία; δῆλον ὡς ἐπειδὴ δύσκολόν ἐστι τὸ θερμίμα
 ἀνθρώπος, καὶ πρὸς τὴν ἀναγκαίαν διόρισιν, τὸ, δούλον τε
 ἔργῳ διορίζεσθαι καὶ ἐλεύθερον καὶ δεσπότην, οὐδαμῶς εὐ-
 χρηστον ἐθέλειν εἶναι τε καὶ γίνεσθαι φαίνεται, χαλεπὸν δὲ
 c. τὸ κτῆμα. ἔργῳ γὰρ πολλάκις ἐπιδέδεικται περὶ τὰς Μεσ-
 σηγιῶν συχρᾶς εἰσθυσίας ἀποσχάσεις γίνεσθαι, καὶ περὶ γε τὰς
 τῶν ἐκ μιᾶς Φωνῆς πολλοὺς οἰκέτας κτωμένων πόλεις, ὅσα
 κακὰ ξυμβαίνει καὶ ἔτι τῶν λεγομένων περιδίνων, τῶν περὶ
 τὴν Ἰταλίαν γιγνομένων, παντοδαπὰ κλοπῶν ἔργα τε καὶ
 παθήματα. πρὸς ἃ τις ἅπαντα βλέψας, διαπορήσειε τί χρὴ
 δρᾶν περὶ ἀπάντων τῶν τοιούτων. δύο δὲ λείπεσθον μόνω
 d. μηχανά' μήτε πατριώτας ἀλλήλων εἶναι τοὺς μέλλοντας

versa de servis homines cogitantes, alii nihil generi fervorum
 credunt, sed stimulis atque verberibus, quasi ferarum natu-
 ram, non ter tantum, sed saepius ministrorum animos servi-
 les efficiunt: alii contra omnino faciunt. *Cli.* Ita est. sed cum
 tam diversa de servis homines sentiant, quid nobis, hospes,
 hac in nostra regione de possessione castigationeque fervorum
 est agendum? *Athen.* Perspicuum mihi videtur, o Clinia, quan-
 do difficile domatur homo, & ad necessariam distinctionem
 servi a libero & domino re ipsa deduci aegre patitur, diffi-
 cilem possessionem hominem esse. Quod exemplo in crebris Mes-
 seniorum rebellionibus patuit. civitates praeterea, quae multos
 eiusdem linguae servos habent, planum fecerunt, quot quanta-
 que hinc mala sequantur. piratarum quoque furta & latrocinia,
 quae maxime circa Italiam abundabant, hinc oriuntur. Quae
 omnia si quis animadvertat, quid de his faciendum sit, dubita-
 bit. Duae igitur solummodo restant viae, ut, qui facile servituri

ῥᾶν δουλευσαι, ἀσυμφώνους τε εἰς δουλίην ὅτι μάλιξ. τρέ-
 φειν ὁ αὐτοὺς ὀρθῶς, μὴ μόνον ἐκείνων ἕνεκα, πλέον δὲ αὐ-
 τῶν προτιμῶντας. ἢ δὲ τροφή τῶν τοιούτων, μήτε τινα ὕβριν
 ὑβρίζειν εἰς τοὺς οἰκέτας ἤπτον δὲ, εἰ δυνατὸν, ἀδικεῖν ἢ
 τοὺς ἐξ ἴσου. διάδηλος γὰρ ὁ Ουσαι καὶ μὴ πλεωῶς σέβων τὴν
 δίκην, μισῶν δὲ ὄντως τὸ ἀδικον ἐν τούτοις τῶν ἀνθρώπων ἐν
 οἷς αὐτῷ ῥᾶδιον ἀδικεῖν. ὁ περὶ τὰ τῶν δούλων οὖν ἦθη καὶ ε.
 πράξεις γιγνόμενος τις ἀμικντος τοῦ τε ἀνοσίου πέρι καὶ
 ἀδικου, σπειρειν εἰς ἀρετῆς ἐκφυσιν ἰκανώτατος ἂν εἴη. ταυ-
 τὸν δ' ἐς εἰπεῖν τοῦτο ὀρθῶς ἅμα λέγοντα ἐπὶ τε δεσπότη
 καὶ τυράννῳ, καὶ πᾶσαν δυναστείαν δυναστεύοντι: πρὸς ἀσθενέ-
 σερον ἑαυτοῦ. κολάζειν γε μὴν ἐν δίκῃ δούλους αἰεὶ καὶ μὴ,
 δουδετοῦντας, ὡς ἐλευθέρους, θρῦπτεσθαι ποιεῖν. τὴν δὲ οἰκέ-
 του πρόσρησιν χρῆ σκεδὸν ἐπίταξιν πᾶσαν γίνεσθαι, μὴ
 προσπαίζοντας μηδαμῆ μηδαμῶς οἰκέταις, μήτ' οὖν θηλείαις ^{p.}
 μήτε ἄρρεσιν. ἃ δὲ πρὸς δούλους φιλοῦσι πολλοὶ σφόδρα ⁷⁷⁸
 ἀνοήτως θρῦπτουντες, χαλεπώτερον ἀπεργάζεσθαι τὸν βίον, ^{a.}

sunt, nec eiusdem patriae sint, &, quam maxime fieri possit,
 inter se diffoni. Educenturque recte, non solum ipsorum gratia,
 sed dominorum multo magis. Est autem recta horum educatio,
 ut nulla ipsis contumelia inferatur: iniuriaque his multo minus,
 si fieri possit, quam aequalibus, inferenda. liquido enim cogno-
 scitur, qui natura, non fide, iustitiam colit, oditque revera ini-
 quitatem, cum cavet, ne iis iniuriam faciat, quibus facile potest.
 Qui ergo circa mores actionesque servorum nihil unquam
 facit impie, nihil inique, atque ita in his se servat immacu-
 latum, ad producendas virtutis fruges erit aptissimus. Idem
 quoque de domino, & tyranno, omnique potentiore adver-
 sus imbecilliores recte dici potest. Castigandi caedendique
 semper iure sunt servi: neque ita monendi, ut liberi, ne
 molliores fiant. Allocutio omnis ad servos quodammodo
 imperium fit: neque iocus ullus cum ipsis, seu feminis, sive
 masculis habeatur. quod multi stulte facientes, dum deli-
 catus eos nutriunt, difficiliorem vitam & sibi ad imperan-

- ἐκείνοις τε, ἄρχεσθαι, καὶ ἑαυτοῖς, ἄρχειν. ΚΛ. Ὅρθῶς λέ-
γεις. ΑΘ. Οὐκοῦν ὅτε τις οἰκέταις κατασκευασμένος εἰς δύ-
ναμιν εἴη πλήθει καὶ ἐπιτηδεϊότητι πρὸς ἐκάστας τὰς τῶν ἔργων
παραβοηθείας, τὸ δὴ μετὰ τοῦτο οἰγήσεις χρῆ διαγράφειν
b. τῷ λόγῳ. ΚΛ. Πάνυ μὲν οὔν. ΑΘ. Καὶ ξυμπάσης γε, ὡς
ἔπος εἶπεῖν, ἔοικε τῆς οἰκοδομικῆς περὶ τὴν γε δὴ νέαν καὶ
ἀοίκητον ἐν τῷ πρόσθεν πόλιον ἐπιμελητέον εἶναι, τίνα τρόπον
ἐκάστω ἔξει τούτων περὶ τε ἱερὰ καὶ τείχη. γάμων δ' ἦν ἔμπρο-
σθεν ταῦτα, ᾧ Κλεινία νῦν δ' ἐπέιπερ λόγῳ γίγνεται, καὶ
μάλ' ἐγχωρεῖ ταῦτ' ἄλλοι γίγνεσθαι ταῦν ἔργῳ μὴν ὅταν γίγνη-
ται, ταῦτ' ἔμπροσθεν τῶν γάμων, ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ, ποιήσαν-
c. τες, ἐκείνα ἤδη τότε ἐπὶ πᾶσι τοῖς τοιοῦτοις ἀποτελοῦμεν.
νῦν δὲ μόνον ὅσον τινὰ τύπον αὐτῶν δι' ὀλίγων ἐπεξέλωμεν.
ΚΛ. Πάνυ μὲν οὔν. ΑΘ. Τὰ μὲν τοίνυν ἱερὰ πᾶσαι περιξ
τὴν τε ἀγορὰν χρῆ κατασκευάζειν, καὶ τὴν πόλιον ὅλην ἐν
κύκλῳ, πρὸς τοῖς ὑψηλοῖς τῶν τόπων, εὐερχίας τε καὶ καθα-
ρότητος χάριν. πρὸς δὲ αὐτοῖς, οἰγήσεις τε ἀρχόντων, καὶ δι-
καστηρίων, ἐν αἷς τὰς δίκας, ὡς ἱερωτάτοις οὔσι, λήψονται τε

dum, & illis ad obediendum reddunt. *Clin.* Recte loqueris. *Athen.* Hoc igitur pacto servos quisque & numero & facultate ad singula vitae ministeria aptos habeat. Verum post haec habitationes oratione describendae sunt. *Clin.* Prorsus. *Athen.* Ad novam profecto civitatem, & antea nullis hominibus habitatam, in primis aedificia procuranda sunt, & modus templorum murorumque habendus. quae sane nuptias praecedere debebant, o Clinia. sed quoniam verbis nunc agitur, ita nimirum licet ponere. quando vero rem ipsam aggrediemur, haec ante nuptias, si Deus voluerit, collocantes, reliqua deinceps omnia peragemus. Nunc autem tanquam in figura quadam haec breviter percurramus. *Clin.* Fiat. *Athen.* Urbs quidem tota in circulum in locis sublimibus deducatur, ut & munitior sit, & mundior. Tempora circa forum struantur. Iuxta haec magistratuum iudiciumque palatia, in quibus, quasi sacratissimis, iustam & accipient, & ferent sententiam.

καὶ δώσουσι τὰ μὲν, ὡς ἐσίωυ περί, τὰ δὲ, καὶ τοιούτων θεῶν
ιδρύματα. καὶ ἐν τούτοις δικασήρια, ἐν οἷς αἴτε τῶν Φόνων d.²
πρέπουσαι δίκαι γίνονται ἄν, καὶ ὅσα θανάτων ἀξία ἀδική-
ματα. περί δὲ τειχῶν, ὧ Μέγιλλε, ἔγωγ' ἄν τῇ Σπάρτῃ
ξυμφεροίμην, τὸ καθεῦδειν ἔῃ ἐν τῇ γῇ κητακείμενα τὰ τεί-
χη, καὶ μὴ ἐπανιστάναι, τῶνδε εἴνεκα. καλῶς μὲν καὶ ὁ
ποιητικὸς ὑπὲρ αὐτῶν λόγος ὑμνεῖται, τὸ, χαλκῶ καὶ σιδηρῶ
δεῖν εἶναι τὰ τείχη μᾶλλον ἢ γήϊνα· τὸ δ' ἡμέτερον ἔτι πρὸς
τούτοις γέλωτ' ἄν δικαίως πάμπολυ ὄφλοι, τὸ κατ' ἐνιαυ- c.
τὸν μὲν ἐκτέμπτειν εἰς τὴν χώραν τοὺς νέους, τὰ μὲν, σιάψον-
τας, τὰ δὲ, ταφρεύοντας, τὰ δὲ, καὶ διὰ τινῶν οἰκοδομή-
σεων εἰρξοῦντας τοὺς πολεμίους, ὡς δὴ τῶν ὄρων τῆς χώρας
οὐκ ἐάσοντας ἐπιβαίνειν. τεῖχος δὲ περιβαλοίμεθα, ὁ πρῶτον
μὲν πρὸς ὑγίειαν ταῖς πόλεσιν οὐδαμῶς συμφέρει, πρὸς δὲ
τινα μαλθακὴν ἔξιν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἐνοικοῦντων εἴωθε ποι-
εῖν, προκαλούμενον εἰς αὐτὸ καταφεύγοντας μὴ ἀμύνεσθαι
τοὺς πολεμίους· μηδὲ τῷ Φρουρεῖν αἰετίνας ἐν αὐτῇ νύκτῃ p.
καὶ μεθ' ἡμέραν, τούτῳ τῆς σωτηρίας τυγχάνειν· τείχεσι δὲ 779
καὶ πύλαις διανοεῖσθαι Φραχθέντας τε καὶ καθεύδοντας, a.

tiam : partim quidem tanquam de rebus sacris iudicaturi,
partim vero tanquam iudicantium Deorum ibi sint delubra.
Ibi etiam iudicaria domicilia, in quibus de homicidiis, cete-
risque capitalibus iniuriis iudicatur. De muris autem, o
Megille, Spartiatis ego consentio, murosque in solo iacere,
& non extolli, facile patiar. probe enim poeticum illud lau-
datur, quo acneos & ferreos magis muros, quam terreos,
condere admonemur. Apud nos vero id insuper valde ridi-
culum est, quod singulis annis in agrum iuvenes emittantur,
qui caveis, foveis, aedificiisque confectis, longe hostes a fi-
nibus arceant. & muros quidem circumducimus: quod pri-
mum ad sanitatem civibus nihil confert: deinde animos civium
emollire & enervare consuevit. efficiunt enim, ut facile intra
eos se recipientes, hostes minime fugent, putentque, se non
diurna nocturnaue custodia vigilantes, sed murorum septo &
Plat. Oper. Vol. VIII. V

- σωτηρίας οὕτως ἔξειν μηχανὰς, ὡς ἐπὶ τὸ μὴ πονεῖν γεγυνοῦ-
 τας. ἀγνοοῦντας δ' αὖ τὴν ῥαψώνην, ὡς οὕτως ἔστιν ἐκ τῶν
 πόνων· ἐκ ῥαψώνης δέ γε, οἶμαι, τῆς αἰσχρᾶς οἱ πόνοι καὶ
 ῥαθυμίαι πεφύκασι γίνεσθαι πάλιν. ἀλλ' εἰ δὴ τεῖχος γέ τι
 b. χρεῶν ἀνθρώποις εἶναι, τὰς οἰκοδομίας χρὴ τὰς τῶν ἰδίων
 οἰκίσεων οὕτως ἐξ ἀρχῆς βάλλεσθαι, ὅπως ἂν ἦ πᾶσα ἡ πό-
 λιν ἐν τεῖχος, ὁμαλότητί τε καὶ ὁμοιότησιν εἰς τὰς ὁδοὺς πα-
 σῶν τῶν οἰκίσεων ἔχουσῶν εὐερκίαν. ἰδεῖν τε οὐκ ἀγνῶς, μῖσ
 οἰκίας σχῆμα ἔχουσης αὐτῆς· εἰς τε τὴν τῆς φυλακῆς ῥα-
 ψώνην ὄλω καὶ παντὶ πρὸς σωτηρίαν γίγνοιτ' ἂν διάφορος.
 τούτων δέ, ἕως ἂν μὲν ἦ κατ' ἀρχὰς οἰκοδομηθέντα, μέλειν
 c. μὲν μάλισα τοῖς ἐνοικοῦσι πρέπον ἂν εἴη, τοὺς δὲ ἀσυνόμους
 ἐπιμελεῖσθαι, καὶ προσαναγκάζοντας, τὸν ὀλιγωροῦντα ζη-
 μιοῦντας. καὶ πάντων δὴ τῶν κατὰ τὸ ἄξυ καθαρότητός τ'
 ἐπιμελεῖσθαι, καὶ ὅπως ἰδιώτης μηδεὶς μηδὲν τῶν τῆς πόλεως
 μήτε οἰκοδομήμασι μήτε οὖν ὀρύγμασιν ἐπιλήψεται. καὶ δὴ
 καὶ ὑδάτων τῶν ἐκ Διὸς εὐροίας τούτους ἐπιμελεῖσθαι χρεῶν,
 καὶ ὅσα ἐντὸς πόλεως ἢ ὀπίσσω ἔξω πρέπον ἂν οἰκεῖν εἴη. ταυ-

vallo dormientes, salvos fore, quasi ad desidiam nati sint :
 ignorantēs, certe quietem a laboribus originem trahere, at-
 que e turpi otio & negligentia nasci labores solere. Verum
 si muris aliquibus muniendi homines sunt, sic ab initio pri-
 vatae domus quaeque condantur, ut tota urbs aequalitate &
 similitudine unus sit murus, habeantque domus omnes sic
 tutum ad vias aditum. Quae certe dispositio & intuentibus
 erit grata, cum domus unius figuram tota civitas habeat, &
 ad custodiae facilitatem & ad omnium denique conservatio-
 nem erit longe omnium commodissima. Haec ita a principio
 construi, qui habitaturi sunt, cives maxime curent. aediles
 quoque provideant, & eos, qui negligunt, multa compel-
 lant. Curentque, ut urbs quam mundissima sit: nec a privatis
 unquam patiantur aut aedificando, aut fodiendo, publicum ali-
 quid occupari. Aquarum etiam pluvialium, ut abunde & fa-
 cile defluant, curam habeant: item omnium, quaecunque vel

τα δὲ πάντα ξυνιδόντες ταῖς χρείαις οἱ νομοφύλακες, ἐπινο- d.
μοθετούντων καὶ τῶν ἄλλων ὅποσα ἂν ὁ νόμος ἐκλείπη δι'
ἀπορίαν. ὅτε δὲ ταῦτά τε καὶ τὰ περὶ ἀγορὰν οἰκοδομήματα
καὶ τὰ περὶ τὰ γυμνάσια, καὶ πάντα ὅσα διδασκαλεῖα κατ-
εσκευασμένα περιμένει τοὺς φοιτητὰς καὶ θεατὰς θέατρα,
πορευώμεθα ἐπὶ τὰ μετὰ τοὺς γάμους, τῆς νομοθεσίας ἐξῆς
ἐχόμενοι. ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΑΘ. Γάμοι μὲν τοίνυν ἡμῶν
ἔσπασαν γεγονότες, ὧ Κλεινίᾳ δίκαια δὲ πρὸ παιδογονίας οὐκ
ἐλάττω ἐνιαυσίας γίγνοιτ' ἂν τὸ μετὰ τοῦτο. ἦν δὲ τίνα e.
τρόπον χρῆ ζῆν νυμφίον τε καὶ νύμφην ἐν πόλει διαφερούση
τῶν πολλῶν ἐσομένη. τὸ δὲ τῶν νῦν εἰρημένων ἐχόμενον εἰ-
πεῖν, οὐ πάντων εὐκολώτατον ἀλλὰ ὄντων οὐκ ὀλίγων τῶν
ἔμπροσθεν τοιούτων, τοῦτο ἔτι ἐκείνων τῶν πολλῶν δυσχερέ-
σερον ἀποδέχεσθαι τῷ πλήθει. τόγε μὴν δοκοῦν ὀρθὸν καὶ
ἀληθὲς εἶναι, πάντως βῆτέον, ὧ Κλεινίᾳ. ΚΛ. Πάνυ μὲν
οὖν. ΑΘ. Ὅστις διανοεῖται πόλεσιν ἀποφαίνεσθαι νόμους πῆ p.
τὰ δημόσια καὶ κοινὰ αὐτοὺς χρῆ ζῆν πράττοντας, τῶν δὲ zδθ
a.

in civitate, vel extra, sunt habitanda. Sed haec omnia,
& cetera, quae a legibus (quia non omnibus provideri
poterat) praetermissa sunt, legum custodes usu docti ordi-
nent. Postquam vero haec, & circa forum aedificia, &
gymnasia, & theatra spectantium, & docentium discantium-
que domicilia disposita sunt, ad ea, quae nuptias sequuntur,
in ferendis legibus deinceps pergamus. *Cli.* Sic est faciendum.
Athen. De nuptiis igitur ita, ut diximus, o Clinia, res se ha-
beat: post quas vivendi regula, quae filiorum procreationem
praecedat, non brevior, quam annui temporis, sequitur. Sed
qua ratione in praestantissima civitate sponsus sponsaque con-
vivere debeant, facile dictu non est. immo vero, cum multa
in superioribus difficilia sint, quae de his dicenda sunt, diffi-
cilius cunctis vulgus accipiet. Quod tamen verum rectumque
videtur, dicendum etiam, o Clinia. *Cli.* Dicendum omnino.
Athen. Quicumque itaque publica solum atque communia
centet legibus ordinanda, propria vero etiam, quae necessaria

- ιδίων ὅσον ἀνάγκη μηδὲ αἶεται δεῖν ἐξουσίαν δὲ ἐκόσμοις εἶναι τὴν ἡμέραν ζῆν ὅπως ἂν ἐθέλη, καὶ μὴ πάντα διὰ τάξεως δεῖν γίνεσθαι προέμενος δὲ τὰ ἴδια ἀνομοθέτητα, ἡγεῖται τάγε κοινὰ καὶ δημόσια ἐθελήσειν αὐτοὺς ζῆν διὰ νόμων, οὐκ ὀρθῶς διανοεῖται. τίνος δὴ χάριν ταῦτα εἶρηται; τοῦδε. ὅτι φήσομεν δεῖν ἡμῖν τοὺς νυμφίους μηδὲν διαφερόντως μηδὲ
- β.** ἦττον ἐν ξυσσιτίοις τὴν διαίταν ποιεῖσθαι τοῦ πρὸ τῶν γάμων χρόνου γενομένου. καὶ τοῦτο μὲν δὴ Σαυμασὸν ὄν ὅτε κατ' ἀρχὰς πρῶτον ἐγένετο ἐν τοῖς παρ' ὑμῖν τόποις, πολέμου τινὸς αὐτὸ, ὡς γ' εἰκὸς, νομοθετήσαντος, ἢ τινος ἐτέρου τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχοντος πράγματος, ἐν ὀλιγαυθρωπίαις ὑπὸ πολλῆς ἀπορίας ἐχομένοις γευσταμένοις δὲ καὶ ἀναγκασθεῖσι χρήσασθαι τοῖς ξυσσιτίοις, ἔδοξε μέγα διαφέρειν εἰς
- γ.** σωτηρίαν τὸ νόμιμον καὶ κατέξη δὴ τρόπῳ τινὶ τοιούτῳ τὸ ἐπιτήδευμα ὑμῖν τὸ τῶν ξυσσιτίων. ΚΛ. "Ἔοικε γοῦν. ΑΘ. Ὁ δὲ ἔλεγον, ὅτι Σαυμασὸν ὄν τοῦτο ποτὲ καὶ φοβερόν ἐπιτάξει τισι, νῦν οὐχ ὁμοίως δυσχερὲς τῷ προστάττουτι ἂν εἶη νομοθετεῖν αὐτό. τὸ δ' ἐξῆς τοῦτω, πεφυκός τε ὀρθῶς ἂν γίνεσθαι γιγνόμενον, νῦν τε οὐδαμῆ γιγνόμενον, ὀλίγου τε

funt, non curat, ac licentiam singulis quotidie vivendi, ut volunt, praebet, neque certo ordine putat omnia facienda, sed, privatis neglectis, publica & communia secundum legem gesturos homines opinatur, non recte opinatur. Quorsum haec? Nempe quoniam oportere sponfos asserimus reipublicae nostrae non minus, nec aliter aliis temporibus, quam ante nuptias, in comessatione publica vivere. mira quippe res, quando apud vos primum comessatio instituta est, visa fuit, quam vestri bello, vel alia re, quae vim eandem haberet, in hominum paucitate coacti instituerunt: cumque propter necessitatem usi fuissent, plurimumque ad salutem conferre res visa esset, legibus statuta est. *Cli.* Videtur. *Athen.* Mirum igitur id fuit, imperantique primo arduum. quod nunc, si quis ita lege sancire aggrediatur, minus certe erit difficile factu. Verum quod deinceps sequitur, & dictu, & factu arduum est: quod

ποιῶν τὸν νομοθέτην, τὸ τῶν παιζόντων, εἰς πῦρ ξαίνειν, καὶ
 μυρία ἕτερα τοιαῦτα ἀνήγνυτα ποιῶντα δρᾶν, οὐ βῆθιον οὔτ'
 εἰπεῖν οὔτ' εἰπόντα ἀποτελεῖν. ΚΛ. Τί δὴ τοῦτο, ᾧ ξένης, ἐπι- d.
 χειρῶν λέγειν, ἔοικας σφόδρα ἀποκνεῖν; ΑΘ. Ἀκούοιτ' ἂν ἵνα
 μὴ πολλὴ διατριβὴ γίγνηται περὶ τοῦτ' αὐτὸ μάτην. πᾶν μὲν
 γὰρ ὅ, τι περ ἂν τάξεως καὶ νόμου μετέχον ἐν πόλει γίγνη-
 ται, πάντα ἀγαθὰ ἀπεργάζεται τῶν δὲ ἀτάκτων ἢ τῶν κα-
 κῶς ταχθέντων λύει τὰ πολλὰ τῶν εὔ τεταγμένων ἄλλα
 ἕτερα. οὗ δὴ καὶ νῦν ἐφέσηκε περὶ τὸ λεγόμενον. Ὑμῖν γὰρ,
 ᾧ Κλεινία καὶ Μέγιλλε, τὰ μὲν περὶ τοὺς ἀνδράς ξυσσίτια e.
 καλῶς, ἅμα καὶ, ὅπερ εἶπον, θαυμαστῶς κατέσηκεν, ἐκ θείας
 τινὸς ἀνάγκης· τὸ δὲ περὶ τὰς γυναῖκας οὐδαμῶς ὀρθῶς ἀνο-
 μοθέτητον μεθεῖται, καὶ οὐκ εἰς τὸ Φῶς ἦκται τὸ τῆς ξυσι- p.
 τίας αὐτῶν ἐπιτήδευμα. ἄλλο καὶ ἄλλως γένος ἡμῶν τῶν 78x
 ἀνθρώπων λαθραιότερον μᾶλλον καὶ ἐπικλοπώτερον ἔφυ τὸ θε- a.
 λυ, διὰ τὸ ἀσθενές. οὐκ ὀρθῶς τοῦτο εἴξαντος τοῦ νομοθέτου
 δύστακτον ἔν ἀφείθη. διὰ δὲ τοῦτου μεθειμένου πολλὰ ὑμῖν

quamvis nusquam fiat, tamen, si alicubi fieret, recte utique
 fieret: sed tale est, ut in eius descriptione legislator, sicuti lu-
 dentes, ignem dissecare, & alia quaevis impossibilia aggredi
 videatur. *Cli.* Quid istud est, hospes, quod dicere adeo for-
 midas? *Athen.* Audiatis iam, ne longiore vos mora frustra de-
 tineam. Quidquid enim in civitate legis ordinisque est parti-
 ceps, cuncta ex eo bona procedunt. quae vero ordine ca-
 rent, vel male ordinata sunt, ea etiam, quae bene sunt or-
 dinata, dissipant. quod huic quoque rei accidit. Nam vobis,
 o Megille & Clinia, praeclare, & ut dixi, mirifice, ex divina
 quadam necessitate, virorum constituta est comessatio. femi-
 narum autem comessatio, non probe relicta, in tenebris iacet.
 Quod quidem genus aliud hominum est & differens, nobis-
 que occultius & versutius natura est propter imbecillitatem:
 atque ita minus ordinari potest. idcirco cessit legislator, ne-
 que recte praetermisit. hoc enim praetermisso, multa nobis
 corrumpuntur: quae longe melius se haberent, quam nunc, si

- παραρρεῖ, πολὺ ἄμεινον ἂν ἔχοντα εἰ νόμων ἔτυχεν, ἢ ταυῶν· οὐ γὰρ ἡμισυ μόνον ἐστίν, ὡς δόξειεν ἂν, τὸ περὶ τὰς γυναῖ-
h. κας ἀκοσμήτως περιορώμενον· ὅσῳ δὲ ἡ δῆλεια ἡμῶν φύσις ἐστὶ πρὸς ἀρετὴν χειρῶν τῆς τῶν ἀρρένων, τοσούτῳ διαφέρει πρὸς τὸ πλεόν ἢ διπλάσιον εἶναι. τοῦτ' οὖν ἐπαναλαβεῖν καὶ ἐπανορθώσασθαι, καὶ πάντα συντάξασθαι κοινῇ γυναῖξί τε καὶ ἀνδράσιν ἐπιτηδεύματα, βέλτιον πρὸς πόλεως εὐδαιμονίαν. νῦν δὲ οὕτως ἦνται τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος οὐδαμῶς εἰς τοῦτο εὐτυχῶς, ὥστε οὐδὲ μνηστῆναι περὶ αὐτοῦ ἐν ἄλλοις γ' ἐστὶ
c. τόποις καὶ πόλεσι νοῦν ἔχοντος, ὅπου μηδὲ ξυσσίτια ὑπάρχει τοπαράπαν δεδουμένα κατὰ πόλιν εἶναι. πόθεν δὲ τις γε ἔργῳ μὴ καταγελάσως ἐπιχειρήσει γυναῖκας προσβιάζεσθαι, τὴν σίτων καὶ ποτῶν ἀνάλωσιν, φανεράν θεωρεῖσθαι; τούτου γὰρ οὐκ ἐστίν ὅ, τι χαλεπώτερον ἂν ὑπομείναιε τοῦτο τὸ γένος. εἰθισμένον γὰρ δεδοικὸς καὶ σκοτεινὸν ζῆν, ἀγόμενον δ' εἰς φῶς βίᾳ, πᾶσαν ἀντίτασιν ἀντιτεῖνον, πολὺ κρατήσει τοῦ νο-
d. μοθέτου. τοῦτ' οὖν ἄλλοθι μὲν, ἢ περ εἶπον, οὐδ' ἂν τὸν λόγον ὑπομείναιε τὸν ὀρθὸν ῥηθέντα, ἄνευ πάσης βοῆς· ἐνθαδὲ δὲ ἴσως

hoc ipsum fuisset legibus ordinatum. non est enim res muliebris, si iacere inordinata relinquitur, humanarum rerum solum, ut videri posset, dimidium: sed quanto natura sua ineptior est ad virtutem, quam virilis, tanto excedit, ut plus quam duplum esse videatur. Repetendum igitur hoc & corrigendum, omniaque feminis cum viris communia ad civitatis felicitatem studia constituenda sunt. Nunc vero sic infeliciter ad hoc humanum ducitur genus, ut non sit prudentis, huius rei mentionem in aliis regionibus & civitatibus facere, ubi nunquam comestiones publicae probatae sunt. Unde igitur quisquam non ridicule ad manifestam cibi potusque assumptionem mulieres cogere posset? nihil est profecto, quod molestius laturum genus hoc videatur. nam cum timide & obscure degere consueverint, latorem legis, in lucem conantem educere, omni reluctatione repellent. hoc, inquam, genus alibi quidem, quemadmodum dixi, nec orationem ipsam recte di-

ἄν. εἰ δὴ δοκεῖ, λόγου γ' ἕνεκα, μὴ ἀτυχῆ τὸν περὶ πάσης
 τῆς πολιτείας γενέσθαι λόγον, ἐθέλω λέγειν ὡς ἀγαθόν ἐστι
 καὶ πρέπον, εἰ καὶ σφῶϊν ξυδοκεῖ ἀκούειν· εἰ δὲ μὴ, ἔξω.
 ΚΛ. Ἄλλ', ὦ ξένη, θαυμαστῶς τόγχε ἀκούσαι νῶϊν πάντως
 που ξυδοκεῖ. ΑΘ. Ἀκούομεν δὴ. Θαυμάσητε δὲ μηδὲν εἰάν
 ὑμῖν ἀναθεὴν ποθεὴν ἐπιχειρεῖν δόξω. σχολῆς γὰρ ἀπολαύομεν,
 καὶ οὐδὲν ἡμᾶς ἐστὶ τὸ κατεπεῖγον, τὸ μὴ παντὶ πάντως σκο- e.
 πεῖν τὰ περὶ τοὺς νόμους. ΚΛ. Ὀρθῶς εἰρήκας. ΑΘ. Πάλιν
 τοίνυν ἐπὶ τὰ πρῶτα ἐπαναχωρήσωμεν λεχθέντα. εὖ γὰρ δὴ
 τόγχε τοσοῦτον χρὴ πάντ' ἀνδρα ξυνοσεῖν, ὡς ἡ τῶν ἀνθρώπων
 γενέσεις ἢ τοπαράπαν ἀρχὴν οὐδεμίαν εἴληχεν, οὐδ' ἔξει ποτέ p.
 γε τελευτήν· ἀλλ' ἦν τε αἰεὶ καὶ ἔσαι πάντως. ἢ μὴκόσ τι τῆς 782.
 ἀρχῆς ἀφ' οὗ γέγονεν, ἀμύχανον ἂν χρόνον ὅσον γεγονὸς a.
 αὖ εἴη. ΚΛ. Τί μῆν; ΑΘ. Τί οὖν; πόλεων συστάσεις καὶ φθο-
 ράς, καὶ ἐπιτηδεύματα παντοῖα τάξεώς τε καὶ ἀταξίας, καὶ
 βρώσεως, καὶ πομάτων τε ἅμα καὶ βρωμάτων ἐπιθυμήματα
 παντοδαπὰ πάντως καὶ περὶ πάσαν τὴν γῆν ἄρ' οὐκ οἴομεθα

centis sine ingenti reclamacione audiet : hic autem forsitan
 sustinebit. Quare, si vobis quoque videtur, colloctionis gra-
 tia, ne disputatio de republica manca relinquatur, dicere volo,
 quam bona decensque res haec sit. si vobis placet, inquam :
 aliter vero dimittam. *Cli.* Mirum in modum, hospes, audire
 desideramus. *Athen.* Audiamus iam igitur. sed ne admire-
 mini, si rem altius repetere visus fuero. nam otio abunda-
 mus, neque aliud quidquam nos urget, quo minus omnia
 undique, quae ad leges spectant, consideremus. *Cli.* Recte lo-
 queris. *Athen.* Prima itaque repetamus. Scire omnes oportet,
 hominum generationem vel nullum prorsus unquam initium
 habuisse, neque terminum habituram, sed fuisse omnino sem-
 per, & fore : aut si coepit, inaeestimabili iam ante nos tem-
 poris magnitudine incepisse. *Cli.* Plane. *Athen.* Nonne per
 omnem terram urbes multas conditas arbitramur, atque de-
 structas, & diversa praecessisse hominum studia, partim cum
 ordine, partim etiam sine ordine? cibi item potusque, & ve-

- γεγονέναι, καὶ σροφὰς ἄρῶν παντοίας, ἐν αἷς τὰ ζῶα μετα-
b. βάλλειν αὐτῶν παμπληθεῖς μεταβολὰς εἰκός; **ΚΛ.** Πῶς
 γὰρ οὐ; **ΑΘ.** Τί οὖν; πιτεύομεν ἀμπέλους τε Φανῆναί που
 ποτὲ, πρότερον οὐκ οὔσας; ὡσαύτως δὲ καὶ ἐλαιίας, καὶ τὰ
 Δήμητρος τε καὶ Κόρης δῶρα; Τριπτόλεμόν τε τινὰ τῶν τοι-
 αύτων γενέσθαι διάκονον; ἐν ᾧ δὲ μηδὲ ταῦτα ἦν τῷ χρόνῳ,
 μῶν οὐκ οἴομεθα τὰ ζῶα, καθάπερ νῦν, ἐπὶ τῆν ἀλλήλων
 ἐδώδην τρέπεσθαι; **ΚΛ.** Τί μῆν; **ΑΘ.** Τὸ δὲ μῆν δύνει ἀν-
c. δρώπους ἀλλήλους, ἐτι καὶ νῦν παραμένον ὀρῶμεν πολλοῖς·
 καὶ τοῦναντίον ἀκούομεν ἐν ἄλλοις, ὅτε οὐδὲ βοδὸς ἐτολμῶμεν
 γεύεσθαι δύματα τε οὐκ ἦν τοῖς θεοῖσι ζῶα, πέλανοι δὲ καὶ
 μέλιτι καρποὶ δεδευμένοι, καὶ τοιαῦτα ἄλλα ἀγνὰ δύματα.
 σαρκῶν δ' ἀπείχοντο· ὡς οὐχ ὅσιον ὄν ἐσθίειν, οὐδὲ τοὺς τῶν
 θεῶν βωμοὺς αἵματι μιαίνειν. ἀλλὰ Ὀρφικοὶ τινὲς λεγόμενοι
 βίοι ἐγίγνοντο ἡμῶν τοῖς τότε, ἀψύχων μὲν ἐχόμενοι πάν-
d. των, ἐμφύχων δὲ τοῦναντίον πάντων ἀπεχόμενοι. **ΚΛ.** Καὶ
 σφόδρα λεγόμενα ἅ γ' εἰρηκας καὶ πιτεύεσθαι πιθανά. **ΑΘ.**

scendi condiendique usus quam plurimos, & mutationes tem-
 porum varias, in quibus animalia diversis modis transmutata
 fuisse credendum? *Cli.* Nihil prohibet. *Athen.* Quid porro?
 vitesne putamus coepisse olim, cum non essent? similiterque
 olivas, & Cereris atque Proserpinae munera, quae Triptole-
 mus aliquis ministraverit? animalia vero tempore, quo ista
 non erant, nonne sicuti modo, alterum ab altero devoraban-
 tur? *Cli.* Procul dubio. *Athen.* At vero, quod ad sacrificia per-
 tinet, homines ab hominibus sacrificari apud multos videmus:
 contrarium etiam de aliis audimus; sicuti quando nec bovillas
 quidem carnes gustare audebamus, nec animalia Diis immo-
 labamus, sed liba & fructus melle madentes, ceteraque huius-
 modi sacrificia pura, Diis offerebantur. carnibus autem absti-
 nebant, nam vesci carnibus, & Deorum aras polluere san-
 guine, impium videbatur, ita Orphica quaedam vita tunc vi-
 gebat: inanimatis quippe omnibus vescebantur, & ab anima-
 libus omnibus abstinebant. *Cli.* Ferantur haec passim, ut di-

Πρὸς οὖν δὴ τι, εἴποι τις ἄν, ὑμῖν πάντ' ἐρρήθη τὰ νῦν;
 ΚΛ. Ὁρθῶς ὑπέλαβες, ὦ ξένε. ΑΘ. Καὶ τοίνυν, ἐὰν δύνα-
 μαι, τὰ τούτοις ἐξῆς, ὦ Κλεινία, πειράσομαι φράζειν. ΚΛ.
 Λέγοις ἄν. ΑΘ. Ὁρῶ πάντα τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τριττῆς
 χρείας καὶ ἐπιθυμίας ἡρτημένα· δι' ὧν ἀρετὴ τε αὐτοῖς ἀγο-
 μένοις ὀρθῶς, καὶ τούναντίον ἀποβαίνει κακῶς ἀχθεῖσι. ταῦ- e.
 τα δ' ἐξῆς ἐδαδῆ μὲν καὶ πόσις, εὐθὺς γενομένοις, ἦν περὶ
 ἄπασαν πᾶν ζῶον ἔμφυτον ἔρωτα ἔχον, μεσθὸν οἴστρου τέ ἐσι
 καὶ ἀνηκουσίας τοῦ λέγοντος ἄλλο τι δεῖν πράττειν πλὴν,
 τὰς ἡδονὰς καὶ ἐπιθυμίας τὰς περὶ ἅπαντα ταῦτα ἀποπλη-
 ροῦντα, λύπης τῆς ἀπάσης ἀεὶ δεῖν σφᾶς ἀπαλλάττειν. τρί-
 τη δὲ ἡμῖν καὶ μεγίστη χρεία, καὶ ἔρωσ δ' ἐξύτατος, ὕσατος p.
 μὲν ὀρμᾶται, διαπυρωτάτους δὲ τοὺς ἀνθρώπους μανίαις ἀπερ- 783
 γάζεται πάντως ὁ περὶ τὴν τοῦ γένους σποράν, ὕβρει πλείσῃ a.
 καόμενος. ἃ δὲ δεῖ τρία νοσήματα τρέποντας εἰς τὸ βέλτι-
 σον, παρὰ τὸ λεγόμενον ἡδισον, τρισὶ μὲν τοῖς μεγίστοις πει-
 ρᾶσθαι κατέχειν, Φόβῳ, καὶ νόμῳ, καὶ τῷ ἀληθεῖ λόγῳ

cis, & valde credibilia sunt. *Athen.* Sed quorsum haec a nobis omnia dicta modo sint, forsitan aliquis percontabitur. *Cli.* Probe, o hospes, id coniecisti. *Athen.* Propterea, si potero, Clinia, quae sequuntur, deinceps declarare conabor. *Cli.* Dic iam. *Athen.* Trina quadam indigentia atque cupiditate omnia hominibus dependere perspicio, in quibus si recte ducantur, virtus, sin contra, vitium nascitur. Harum duae sunt in animalibus statim natis, cibi potusque cupiditates. ad quae cum omne animal innatum habeat appetitum, impetu rapitur: nec verba illius auscultat, qui monet, aliud agendum esse, quam ut horum cupiditates voluptatesque expleantur, & dolores contrarii devitentur. Tertia vero nobis indigentia ingens, & cupiditas acutissima, posterius quidem innascitur, sed ardentissimo furore & maxima petulantia homines urit & agitat, ea, quae ad propagationem generis inest. Hi tres morbi, ad id, quod iucundissimum dicitur, rapientes, ab eo ad id, quod optimum est, tribus maximis rebus vertendi sunt,

- προσχωμένους μέντοι Μούσαις τε καὶ ἀγωνίοισι θεοῖς, σβεν-
b. νύναι τὴν αὔξην τε καὶ ἐπιβρόχην. παίδων δὴ γένεσιν μετὰ
 τοὺς γάμους θῶμεν, καὶ μετὰ γένεσιν, τροφὴν καὶ παιδείαν.
 καὶ τάχ' ἂν οὕτω προϊόντων τῶν λόγων ὁ, τε νόμος ἡμῖν ἕκα-
 στος περαίνοιτο εἰς τοῦμπροσθεν ἐπὶ ξυσσίτια· ἵνα καὶ ἀφικό-
 μενοι εἰς τὰς τοιαύτας κοινωνίας, εἴτε ἄρα γυναικῶν εἴτε
 ἀνδρῶν δεῖ μόνον γίγνεσθαι, προσμίξαντες αὐτοῖς ἐγγύθεν,
 ἴσως μᾶλλον κατοφόμεθα· τὰ τε ἐπίπροσθεν αὐτῶν, ἔτι νῦν
 ὄντα ἀνομοθέτητα, τάξαντες αὐτὰ, ἐπίπροσθεν ποιησόμεθα.
c. καὶ, ὅπερ ἐβρόχη νῦν δὴ, κατοφόμεθά τε αὐτὰ ἀκριβέστερον,
 μᾶλλον τε τοὺς προσήκοντας αὐτοῖς καὶ πρέποντας νόμους
 ἂν θείημεν. ΚΛ. Ὁρθότατα λέγεις. ΑΘ. Φυλάξωμεν τοίνυν
 τῆ μνήμη τὰ νῦν δὴ λεχθέντα. ἴσως γὰρ χρεῖαν ποτ' αὐτῶν
 πάντων ἔξομεν. ΚΛ. Τὰ ποῖα δὴ διακελεύη; ΑΘ. Ἄ τοῖς
 τρισὶ διαυριζόμεθα ῥήμασι. βρωῶσιν μὲν ἐλέγομένον, καὶ
 δεύτερον, πόσιν· καὶ ἀφροδισίων δέ τινα διαπτοίησιν, τρίτον.
d. ΚΛ. Πάντως, ὦ ξένη, μεμνησόμεθά που ὧν ταυῦν διακε-

timore, lege, vera ratione: quibuscum Musae & Dii certa-
 torii adhibeantur, ut incrementum & affluentia hoc pacto ex-
 stinguantur. Procreationem quidem liberorum post nuptias col-
 locare debemus. post ipsam vero procreationem, educationem
 & disciplinam. Sic enim forsan, procedente oratione, lex quae-
 que in priora progressa, in comestiones denique perduce-
 tur, quando in coetus & communionem huiusmodi pervene-
 rimus: atque, utrum viris solis, an etiam mulieribus, hae com-
 munionem imperandae sint, tunc planius conspiciemus, cum
 propius accesserimus, & quae illas procedere debent, nec-
 dumque lege disposita sunt, suum digesta in ordinem, ipsis
 praeposuerimus. ita sane, ut modo dicebam, comestiones
 acutius inspicimus, convenientioresque de illis leges trade-
 mus. *Cli.* Scite loqueris. *Athen.* Teneamus itaque memoria,
 quae modo dicta sunt. forte enim usui nobis quandoque erunt.
Cli. Quae tenenda iubes? *Athen.* Ea, quae cibi, potus, ve-
 nerisque vocabulis appellavimus. *Cli.* Fiet omnino, hospes,

λέγει. ΑΘ. Καλῶς. ἔλθωμεν δ' ἐπὶ τὰ νυμφικὰ διδάξουτες
 τε αὐτοὺς πῶς χρὴ καὶ τίνα τρόπον τοὺς παῖδας ποιεῖσθαι,
 καὶ, ἐὰν ἄρα μὴ πείθωμεν, ἀπειλήσοντας τισὶ νόμοις. ΚΛ.
 Πῶς; ΑΘ. Νύμφην χρὴ διανοεῖσθαι καὶ νυμφίου ὡς ὅτι καλ-
 λίστους καὶ ἀρίστους εἰς δύναμιν ἀποδειξομένους παῖδας τῇ πό-
 λει. πάντες δ' ἄνθρωποι κοινωνοὶ πάσης πράξεως, ἡνίκα μὲν
 ἂν προσέχωσιν αὐτοῖς τε καὶ τῇ πράξει τὸν νοῦν, πάντα e.
 καλὰ καὶ ἀγαθὰ ἀπεργάζονται μὴ προσέχοντες δὲ, ἢ μὴ
 ἔχοντες νοῦν, τὰναντία. προσεχέτω δὴ καὶ ὁ νυμφίος τῇ τε
 νύμφῃ καὶ τῇ παιδοποιίᾳ τὸν νοῦν· κατὰ ταυτὰ δὲ καὶ ἡ
 νύμφη, τοῦτου τὸν χρόνον διαφερόντως ὃν ἂν μήπω παῖδες
 αὐτοῖς ὡς γεγενοῦτες. ἐπίσκοποι δ' ἔξωσαν τούτων ἅς εἰλό- P.
 μεθα γυναῖκες, πλείους εἰτ' ἐλάττους, τοῖς ἄρχουσιν ὅπως a.
 ἂν δοκῇ προσταττεῖν τε, καὶ ὁπότεν, πρὸς τὸ τῆς Εἰληθυίας
 ἱερὸν ἐκάστης ἡμέρας συλλεγόμεναι, μέχρι τρίτου μέρους
 ἄρας. οἳ δὴ συλληχθεῖσαι διαγγελλόντων ἀλλήλαις εἴτις τιὰ
 ὄρᾳ πρὸς ἀλλ' ἄττα βλέποντα ἄνδρα ἢ καὶ γυναῖκα τῶν παι-

ut iubes. *Athen.* Praeclare quidem. Sed veniamus ad rem
 sponsalem, & sponsum ac sponsam, quomodo liberi pro-
 creandi sunt, doceamus: ac, nisi persuaserimus, legum qua-
 rundam positione minemur. *Cli.* Quo pacto? *Athen.* Co-
 gitare omnino sponsum & sponsa debent, quo pacto quam
 pulcherrimos & optimos civitati liberos poterunt procrea-
 re. Omnes autem homines, qui communiter aliquid ope-
 rantur, quandocunque & ad se invicem, & ad opus ipsum,
 intendunt animum, bene & pulchre omnia faciunt: si vero
 vel non habuerint mentem, vel non adhibuerint, contra.
 Quare sponsum ad sponsam procreationemque liberorum ani-
 mum vertat: & sponsa similiter ad sponsum: in eo tempore
 praecipue, quo adhuc non genuerunt. Harum rerum curam
 habeant mulieres, sive plures, seu pauciores, prout placuerit
 principibus, electae. quae quotidie in Lucinae templo congre-
 gentur, tertiam horae partem commoraturae: atque ibi aliis
 alicui nuntient, si quem virum mulieremve illorum, qui, matri-

- δοποιουμένων, ἢ πρὸς τὰ τεταγμένα ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς γάμοις
- b. θυσιῶν τε καὶ ἱερῶν γεινομένων. ἢ δὲ παιδοποιῖα καὶ φυλακὴ τῶν παιδοποιουμένων, δεκέτις ἔσω, μὴ πλείω δὲ χρόνον, ὅταν εὐροια ἢ τῆς γενέσεως. ἂν δὲ ἄγονοι τιγὲς εἰς τοῦτον γίγνονται τὸν χρόνον, μετὰ τῶν οἰκειῶν καὶ ἀρχουσῶν γυναικῶν διαζεύγνυσθαι κοινῇ βουλευομένους εἰς τὰ πρόσφορα ἑκατέροις. ἔαν δ' ἀμφισβήτησις τις γίγνηται περὶ τῶν ἑκατέροις πρεπόντων καὶ προσφῶρων, δέκα τῶν νομοφυλάκων ἐλομένους, οἷς ἂν ἐπιτρέψωσιν οἶδε καὶ τάξωσι, τούτοις ἐμμένειν. εἰσιῦσαι δ' εἰς τὰς οἰκίας τῶν νέων αἱ γυναῖκες, τὰ μὲν, νουθετοῦσαι, τὰ δὲ καὶ ἀπειλοῦσαι, παύοντων αὐτοὺς τῆς ἀμαρτίας καὶ ἀμαθίας. ἔαν δ' ἀδυνατῶσι, πρὸς τοὺς νομοφύλακας ἰοῦσαι φραζόντων· οἱ δ' εἰργόντων. ἂν δὲ καὶ ἐκεῖναι πῶς ἀδυνατήσωσι, πρὸς τὸ δημόσιον ἀποφηνάντων, ἀναγράφαντες τε καὶ ὁμόσαντες ἢ μὴν ἀδυνατεῖν τὸν καὶ τὸν βελτίω ποιεῖν. ὁ δὲ ἀναγραφεὶς, ἄτιμος ἔσω, μὴ ἐλὼν ἐν δικαστηρίῳ τοὺς ἐγγράφσαντας. τῶν δὲ, μῆτε γὰρ εἰς γάμους ἴτω, μῆτε εἰς τὰς τῶν παιδῶν ἐπιτελειώσεις. ἂν δὲ ἴη, πληγαῖς δ
- c.
- d.

monii copula adstricti, gignendi habent facultatem, alio intendere animum videant, quam ad ea, quae in sacrificiis nuptiarum iussa fuerunt. Procreatio autem liberorum, & eorum, qui illi vacant, observatio, decennium non excedat, quando adfit generandi foecunditas. Si quae ad id tempus infoecundae perseverarint, consilio cum propinquis & mulieribus harum rerum curatricibus habito, prout commodum utrifque est, disiungantur. si qua vero de utriusque commodis acciderit altercatio, decem de legum custodibus delecti, quos ipsi voluerint, cognoscant. Sed & mulieres ipsae, iuvenum domos ingressae, partim monitis, partim minis, ab inscitia ipsos & delicto depellant. quod si nequeant, legum custodibus nuntient, atque illi id curent. qui si prohibere non potuerint, rem ad populum deferant, & scriptis errantium nominibus, iureiurando affirment, se illos meliores facere non potuisse. Et qui scripto delatus est, nisi accusatores convicerit, infamis sit: nec nu-

βουλευθεὶς ἀπὸ αὐτοῦ κολαζέτω. τὰ αὐτὰ δὲ καὶ περὶ γυναικὸς ἔσω νόμιμα. τῶν ἐξόδων γὰρ τῶν γυναικείων καὶ τιμῶν καὶ τῶν εἰς τοὺς γάμους καὶ γενέσεις παιδῶν Φοιτήσεων μὴ μετεχέτω, ἐὰν ἀκοσμοῦσα ὡσαύτως ἀναγραφῇ, καὶ μὴ ἔλη τὴν δίκην. ὅταν δὲ δὴ παιδὸς γενήσονται κατὰ νόμους, e. ἐὰν ἀλλοτρίᾳ τις περὶ τὰ τοιαῦτα κοινωῇ γυναικί, ἢ γυνὴ ἀνδρὶ, ἐὰν μὲν παιδοποιουμένοις ἔτι, τὰ αὐτὰ ἐπιζήμια αὐτοῖς ἔσω καθάπερ τοῖς ἔτι γεννωμένοις εἴρηται· μετὰ δὲ ταῦτα, ὁ μὲν σαφρονῶν, καὶ σαφρονοῦσα, εἰς τὰ τοιαῦτα πάντα ἔσω εὐδόκιμος· ὁ δὲ τὸναντίον, ἐναντίως τιμάσῃω, μᾶλλον δὲ ἀτιμαζέσῃω. καὶ μετριαζόντων μὲν περὶ τὰ τοιαῦτα τῶν πλείων, ἀνομοθέτητα σιγῇ κισθῶ ἀκοσμούντων δὲ, p. νομοθετηθέντα ταύτη πραττεσθῶ κατὰ τοὺς τότε τεθέντας 785 νόμους. βίου μὲν ἀρχὴ τοῦ παντὸς ἐκάστοις ὁ πρῶτος ἐνιαυτός· ὃν γεγράφθαι χρεῶν ἐν ἱεροῖσι πατράοις ζωῆς ἀρχὴν α. κούρω καὶ κέρη. παραγεγράφθω δ' ἐν τοίχῳ λελευικωμένῳ

piis, procreandisque liberis, ulterius det operam. ac si id tentaverit, liceat cuilibet caedere ipsum impune. Eaedem sunt & mulierum poenae. expertes enim muliebrium degant honorum: nec ad nuptias partusque liberorum profectae recipiantur, si in iudicium arcessitae damnatae etiam fuerint. Si, postquam secundum leges filios procrearunt, alienae quisquam uxori coniungitur, vel mulier viro, illis scilicet adhuc generantibus, poenis eisdem subiaceant, quibus & dum ipsi gignebant. Sed viri & mulieres, post liberorum procreationem caste viventes, in his omnibus summopere honorentur: qui contra, vituperentur. Si contigerit, ut plures in rebus eiusmodi moderate se gerant, quae praecepimus, silentio sine scriptis legibus habeantur & fiant: sin autem plurimi se minime continebunt, legum conscriptione declarentur, & ad eorum normam de singulis huiusmodi iudicetur atque agatur. Vitae totius initium primus annus omnibus est, quem in facellis paternis, ut vivendi initium tam puero, quam puellae, scriptum esse oportet. adscribatur autem in pariete dealbato

- ἐν πάσῃ Φατρίᾳ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπὶ τοῖς ἔτε-
 σιν ἀριθμουμένω. τῆς δὲ Φατρίας αἰὶ τοὺς ζῶντας μὲν γε-
 b. γράφθαι πλησίον, τοὺς δ' ὑπεκχωροῦντας τοῦ βίου ἐξαλεί-
 φειν. γάμου δὲ ὄρον εἶναι, κόρη μὲν, ἀπὸ ἐκκαίδεκα ἔτων εἰς
 εἴκοσι, τὸν μακρότατον χρόνον ἀφωρισμένον· κόρη δὲ, ἀπὸ
 τριάκοντα μέχρι τῶν πέντε καὶ τριάκοντα. εἰς δὲ ἀρχάς,
 γυναικὶ μὲν τετταράκοντα, ἀνδρὶ δὲ τριάκοντα ἔτη. πρὸς
 πόλεμον δὲ ἀνδρὶ μὲν εἴκοσι μέχρι τῶν ἐξήκοντα ἔτων· γυναι-
 κὶ δὲ, ἣν ἂν δοκῇ χρεῖαν δεῖν χρῆσθαι πρὸς τὰ πολεμικά,
 ἐπειδὰν παιδὰς γεννήσῃ, τὸ δυνατόν καὶ πρέπον ἐκάσταις προσ-
 τάττειν, μέχρι τῶν πεντήκοντα ἔτων.

in unaquaque tribu, ut, qui ad magistratus idonei sunt, anno-
 rum numero constet: & cuiusque tribus viventes homines
 proxime scribantur semper, & naturae cedentes similiter de-
 leantur. Nuptiarum tempus puellae fit a sextodecimo in vi-
 gesimum, idque fit longissimum tempus ad hoc institutum:
 masculo, a trigesimo ad quintum & trigessimum. Magistratus
 gerendi tempus mulieri quidem annus quadragesimus: viro
 autem, trigessimus. Belli, ab annis viginti ad sexaginta in viris:
 in mulieribus, postquam filios pepererunt, usque ad quinqu-
 gesimum aetatis annum. In quibus observandum est, ut ad
 eum belli usum potissimum, qui & possibilis eis sit, & decens,
 accipiantur.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ
ΝΟΜΩΝ

Η

ΠΕΡΙ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΣ

ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΕΒΔΟΜΟΣ.

PLATONIS
DE LEGIBUS
SIVE
DE LEGUM INSTITUTIONE
DIALOGUS SEPTIMUS.

ARGUMENTUM.

Postquam egit de matrimonio, cuius beneficio liberi prodeunt in lucem, postulabat recta docendi ratio, ut de illorum institutione & educatione modo disputaret, quod & ad paternae caritatis officium pertinet, & interest reipublicae, ut iurventus, quae est ipsius seminarium, recte excolatur. De liberorum igitur educatione hic agit accurate, quantum & ad corpus & ad animum spectat: quibus duobus nimirum illa continetur, sicuti ex disputatione ipsa constare potest. Docet igitur, quando, quomodo, quibus artibus sint civium liberi in-

situendi. Cur autem tam sollicitè hic differat de Musica & chorea, cum de his etiam alibi egisset copiose, haec causa praecipua esse videtur, quod nimirum apud Graecos illarum usus & auctoritas maxime invaluisse, ut plane necesse esset, huius rei habere rationem, ad eamque definiendam certas leges adhiberi.

ΓΕΝΟΜΕΝΩΝ δὲ παιδῶν ἀρρένων καὶ θηλειῶν, τροφήν μὲν πού καὶ παιδείαν τὸ μετὰ ταῦτα λέγειν, ὀρθότατα γίγνοιθ' ἡμῖν ἦν εἶναι μὲν ἀρρήτον, πάντως ἀδύνατον λεγομένη δὲ, διδασχῆ τινὶ καὶ νουθητήσει μᾶλλον ἢ νόμοις εἰκνῖ' ἀν ἡμῖν φαίνοιτο. ἰδίᾳ γὰρ καὶ κατ' οἰκίας πολλὰ καὶ σμικρὰ καὶ οὐκ ἐκφανῆ πᾶσι γιγνόμενα, ῥαδίως ὑπὸ τῆς ἐκάβων λύπης τε καὶ ἡδονῆς καὶ ἐπιθυμίας, ἕτερα παρὰ τὰς τοῦ νομοθέτου συμβουλάς παραγενόμενα, παντοδαπὰ καὶ οὐχ ὅμοια ἀλλήλοις ἀπεργάζοιτ' ἀν τὰ τῶν πολιτῶν ἦθη. τοῦτο δὲ κακὸν ταῖς πόλεσι. καὶ γὰρ διὰ σμικρότητα αὐτῶν καὶ πυκνότητα ἐπιζήμια τιθέντα ποιεῖν νόμους, ἀπρεπὲς ἅμα καὶ ἀσχημον. διαφθεῖρει δὲ καὶ τοὺς γραφῆ τεθέντας νόμους, ἐν τοῖς σμικροῖς καὶ πυκνοῖς ἐπισθέντων τῶν ἀνθρώπων παρα-

SA T I S igitur de liberis, tam masculis, quam feminis. De ipsorum educatione & disciplina post haec nobis est dicendum. quam silentio praeterire, plane impossibile est : ac si dicatur, mentioni cuidam doctrinaeque potius, quam legibus, congrua videtur. Quae enim privatim & per singulas domos tum multa, tum parva & occulta, quotidie fiunt, cum facile ex voluptate, dolore, & cupiditate singulorum, praeter legumlatoris consilium, agantur, varios & dissimiles mores civium reddunt. quae res civitatibus officit. Cum vero parva & frequentia sint, singulis multa imposita, ea legum positione vetare, non satis honestum esset atque decorum. quin etiam scriptis legibus derogaret, cum in parvis & multis ad con-

νομεῖν. ὥστε ἀπορία μὲν περὶ αὐτὰ νομοθετεῖν, σιγᾶν δὲ ἢ
 ἀδύνατον. ἃ δὲ λέγω, δηλώσαι πειρατέον, ὅσον δείγματα
 ἐξεργάζοντα εἰς Φῶς. νῦν γὰρ λεγομένοις ἔοικε κατὰ τι σκό-
 τος. ΚΛ. Ἀληθέστατα λέγεις. ΑΘ. Οὐκοῦν ὅτι μὲν σώματα
 καὶ ψυχὰς τήν γε ὀρθὴν πάντως δεῖ τροφήν φαίνεσθαι δυνα-
 μένην ὡς κάλλιπα καὶ ἄριστα ἐξεργάζεσθαι, τοῦτο μὲν ὀρθῶς
 εἴρηται που. ΚΛ. Τί μὴν; ΑΘ. Σώματα δὲ κάλλιπα, οἶμαι,
 τόγχε ἀπλούστατον, ὡς ὀρθότατα δεῖ νέων ὄντων εὐθύς φύεσθαι δ.
 τῶν παιδῶν. ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΑΘ. Τί δέ; τόδε οὐκ ἐν-
 νοοῦμεν, ὡς ἢ πρώτη βλάβη παντὸς ζώου πολὺ μεγίστη καὶ
 πλείστη φύεται; ὥστε καὶ ἔριον πολλοῖς παρέσχημε, μὴ γίγνε-
 σθαι τόγχε ἀνθρώπινα μήκη διπλάσια ἀπὸ πέντε ἔτων, ἐν τοῖς
 λοιποῖς εἴκοσιν ἔτεσιν ἀυξανόμενα; ΚΛ. Ἀληθῆ. ΑΘ. Τί
 οὖν; πολλὴ αὕξη, ὅταν ἐπιρρέη πόνων χωρὶς πολλῶν καὶ
 συμμέτρων, οὐκ ἴσμεν ὅτι μυρία καὶ ἐν τοῖς σώμασιν ἀπο-
 τελεῖ; ΚΛ. Πάνυ γε. ΑΘ. Οὐκοῦν τότε δεῖται πλείστων πόνων
 ὅταν ἢ πλείστη τροφή προσγίγνηται τοῖς σώμασι. ΚΛ. Τί

p.
789
a.

temnendas leges homines consuescerent. Quapropter & leges
 de his scribere difficile est, & filere impossibile, sed conabor,
 ostendendo quasi digito, quae dico, in lucem efferre. nunc
 enim obscurius dicta videntur. *Cli.* Vera loqueris. *Athen.* Iam
 vero recte alias dictum est, existimandum esse, rectam edu-
 cationem posse & corpus & animum quam pulcherrima &
 optima reddere. *Cli.* Ita est. *Athen.* Corpora vero pulcher-
 rima simpliciter ea fore censeo, quae rectissima in tenera
 aetate concrefcunt. *Cli.* Certe. *Athen.* Quid illud? nonne in-
 telligimus, quam maximum atque plurimum incrementi pri-
 mi progressum in omnibus animalibus esse? adeo, ut con-
 tendendi anfas multis praebuerint, corpora humana a primis
 quinque annis in reliquis viginti in duplum non crescere. *Cli.*
 Vera narras. *Athen.* Quid ergo? quando sine multis mode-
 ratisque laboribus incrementum influit plurimum, an non
 multa hinc mala corporibus innascuntur? *Cli.* Omnino. *Athen.*
 Pluribus ergo laboribus ipsis tunc opus est, quando summo-
 Plat. Oper. Vol. VIII. X

δῆτα, ὦ ξένε, ἢ τοῖς ἄρτι γεγονόσι καὶ νεωτάτοις πόνους
 πλείους προστάξομεν; ΑΘ. Οὐδαμῶς γέ' ἀλλ' ἔτι καὶ πρό-
 τερον τοῖς ἐντὸς τῶν αὐτῶν μητέρων τρεφομένοις. ΚΛ. Πῶς
 λέγεις, ὦ λῶξε; ἢ τοῖς κουμένοισι φράξεις; ΑΘ. Ναί. Θαυ-
 β. μασὸν δ' οὐδέν ἐστιν ἀγνοεῖν ὑμᾶς τὴν τῶν τηλικούτων γυ-
 μνασικήν ἢν βουλοίμην ἂν ὑμῖν, καίπερ ἄτοπον εὔσαν, δη-
 λῶσαι. ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΑΘ. Ἐσι ταῖνον παρ' ἡμῖν μᾶλ-
 λον τὸ τοιοῦτον κατανοεῖν, διὰ τὸ τὰς παιδιάς αὐτόθι μει-
 ζόνως τινὰς παίζειν ἢ δεῖ. τρέφουσι γὰρ δὴ παρ' ἡμῖν οὐ μόνον
 παῖδες, ἀλλὰ καὶ πρεσβύτεροι τινές, ὄρνιθων θρέμματα, ἐπὶ
 τὰς μάχας τὰς πρὸς ἀλλήλα ἀσκοῦντες τὰ τοιαῦτα τῶν θη-
 ρίων. πολλοῦ δὴ δέουσι ἡγεῖσθαι τοὺς πόνους αὐτοῖς εἶναι
 τοὺς πρὸς ἀλλήλα μετρίους, ἐν οἷς αὐτὰ ἀνακινῶσι γυμνά-
 ζοντες. πρὸς γὰρ τούτοις, λαβόντες ὑπὸ μάλης ἑκάστος, τοὺς
 μὲν ἐλάττονας εἰς τὰς χεῖρας, μείζους δ' ὑπὸ τὴν ἀγκάλην
 ἐντὸς, πορεύονται περιπατοῦντες σαδίους παμπόλλους ἕνεκα
 τῆς εὐεξίας, οὗτι τῆς τῶν αὐτῶν σωμάτων, ἀλλὰ τῆς τού-
 των τῶν θρεμμάτων. καὶ τότε τοσοῦτον δηλοῦσι τῷ δυνα-

pere affluit nutrimentum. *Cli.* Quid ais, hospes? numquid
 statim natis & tenerrimis pueris labores plurimos afferemus?
Athen. Non his primis, sed prius etiam illis, qui adhuc in
 utero matris aluntur. *Cli.* Quomodo, vir optime, faciendum id
 iubes? num ii, qui adhuc in utero parentis geruntur, labora-
 bunt? *Athen.* Certe. nec sane mirum est, si vos exercitatio-
 nem tantillae aetatis ignoratis, quam vobis, licet videatur ab-
 surda, cupio aperire. *Cli.* Omnino. *Athen.* Apud nos quidem
 huiusmodi quiddam magis intelligi potest, propterea quod ibi
 nonnulli in ludis quibusdam magis, quam decet, versantur.
 nam apud nos non pueri solum, verum etiam seniores aliqui,
 avium pullos alunt, & ad mutuam inter ipsas aves pugnam
 exercent: ac longe absunt, ut labores, in quibus ipsas exer-
 centes agitant, moderatos ipsis putent; sed ad haec minores
 in manibus, maiores sub ulna capientes, non suae, sed ha-
 rum avium bonae habitudinis gratia, per multa stadia gra-

μένω καταμαθεῖν, ὅτι τὰ σώματα πάντα ὑπὸ τῶν σεισμῶν
 τε καὶ κινήσεων κινούμενα, ἄκοπα δύνανται πάντων, ὅσα τε d,
 ὑπὸ ἑαυτῶν, ἢ καὶ ἐν ἑώραις ἢ καὶ κατὰ θάλατταν, ἢ καὶ
 ἐφ' ἵππων ὀχουμένων, ἢ καὶ ὑπ' ἄλλων ὀπωσοῦν δὴ Φερο-
 μένων τῶν σωμάτων κινεῖται. καὶ διὰ ταῦτα τὰς τῶν σίτων
 τροφὰς καὶ ποτῶν κατακρατοῦντα, ὑγίειαν καὶ κάλλος καὶ
 τὴν ἄλλην βίωσιν ἡμῖν δυνατὰ ἐσι παραδιδόναι. τί οὖν ἂν Φαί-
 μεν, ἐχόντων οὕτω τούτων, τὸ μετὰ τοῦτο ἡμᾶς δεῖν ποιεῖν;
 βούλεσθε ἅμα γέλωτι Φράζωμεν τιθέντες νόμους; τὴν μὲν e.
 κύουσαν περιπατεῖν, τὸ γενόμενον δὲ πλάττειν τε, οἷον κή-
 ριον, ἕως ὑγρὸν, καὶ μέχρι δυοῖν ἑτοῖν σπαραγανᾶν; καὶ δὴ
 καὶ τὰς τροφὰς ἀναγκάζωμεν, νόμῳ ζημιοῦντες, τὰ παιδίᾳ
 ἢ πρὸς ἀγροὺς, ἢ πρὸς ἱερά, ἢ πρὸς οἰκείους ἀεὶ πη φέρειν,
 μέχρι περ ἂν ἰκανῶς ἴσασθαι δυνατὰ γίγνηται; καὶ τότε διευ-
 λαβουμένας, ἔτι νέων ὄντων, μὴ πη βία ἐπερειδομένων εἰ-
 ρηται τὰ κῶλα, ἐπιπονεῖν Φερούσας, ἕως ἂν τρίετες ἀποτε-
 λησῆ τὸ γενόμενον; εἰς δύναμιν δὲ ἰσχυρὰς αὐτὰς εἶναι
 χρῆων, καὶ μὴ μίαν. ἐπὶ δὲ τούτοις ἐκάστοις, ἂν μὴ γίγνη-

P.
790
a.

diuntur. in quo sane homini intelligendi compoti significant,
 corporibus omnibus motum agitationemque non laboriosam
 prodesse, sive a se ipsis, sive in vehiculis, seu nave, sive
 equis, sive quomodocunque aliter moveantur. Et propter
 haec ciborum potusque alimentum superantia, sanitatem,
 pulchritudinem, & vires nobis praebere possunt. Quae cum
 ita se habeant, quid posthac faciendum censemus? vultifne
 cum risu verba faciamus, leges ponentes, ut praegnans deam-
 bulet, & natus, quasi cera, fingatur, quamdiu tener est, ac ad
 biennium usque fasciis adstringatur? Nutrices praeterea per
 leges, imposita multa, cogamus, ut vel ad agros, vel ad tem-
 pla, vel alio ad suos, donec per se stare possint, pueros per-
 ferant? at etiam videant, ut, cum stare coeperint, ne pon-
 deris violentia membra propter molliem distorqueantur,
 gestent adhuc, quousque triennium infantes exegerint? Sint
 autem robustae, quoad fieri potest, nutrices: nec una solum,

- ται, ζημίαν τοῖς μὴ ποιούσι γράφωμεν; ἢ πολλοῦ γε δεῖ; τὸ γὰρ ἄρτι ῥηθὲν, γίγναιτ' ἂν πολὺ καὶ ἄφρονον. ΚΛ. Τὸ ποῖον; ΑΘ. Τὸ γέλωτα ἂν πολὺν ὕφλειν ἡμᾶς, πρὸς τῷ μὴ ἐθέλειν ἂν πείθεσθαι γυναικεῖά τε καὶ δούλεια ἢβη τροφῶν. ΚΛ. Ἀλλὰ τίνος δὴ χάριν ἔφαμεν αὐτὰ δεῖν ῥηθῆναι; ΑΘ. Τοῦδε. τὰ τῶν δεσποτῶν τε καὶ ἐλευθέρων ἐν ταῖς πόλεσιν
- b. ἢβη, τάχ' ἂν ἀκούσαντα εἰς σύννοϊαν ἀφίκοιτ' ἂν τὴν ὀρθήν, ὅτι χωρὶς τῆς ἰδίας διοικήσεως ἐν ταῖς πόλεσιν ὀρθῶς γιγνομένης μάτην ἂν τὰ κοινὰ τίς οἶοιτο ἔξειν τιὰ βεβαιότητα δέσεως νόμων. καὶ ταῦτα ἐννοῶν αὐτὸς νόμοις ἂν τοῖς νῦν ῥηθεῖσι χρῶτο καὶ χρώμενος εὔ, τὴν τε οἰκίαν καὶ πόλιν ἅμα τὴν αὐτοῦ διοικῶν εὐδαιμονοῖ. ΚΛ. Καὶ μάλ' εἰκότως εἰρηκας. ΑΘ. Τοιγαροῦν μήπω λήξωμεν τῆς τοιαύτης νομοθεσίας, πρὶν ἂν καὶ τὰ περὶ τὰς ψυχὰς τῶν πάντων νέων παιδῶν
- c. ἐπιτηδεύματα ἀποδῶμεν, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ ἤρημεθα τῶν περὶ τὰ σώματα μύθων λεχθέντων διαπεραίνειν. ΚΛ. Πάντων μὲν οὖν ὀρθῶς. ΑΘ. Λάβωμεν τοίνυν τοῦ-

sed plures. & in singulis poenam, nisi fiant, scriptis legibus imponamus? vel nullo modo sic agamus? quod enim modo diximus, abunde nobis accideret. *Cli.* Quidnam? *Athen.* Risum profecto in nos ingentem provocaremus. nam mores nutrientium muliebres atque ferviles nobis obtemperare nollent. *Cli.* Cuius gratia igitur dicenda haec putavimus? *Athen.* Quia domini & liberi civium animi forsitan, cum haec audiverint, probe intelligent, quod, nisi privata recte administrantur in civitate, frustra res communes sperat quis firmitatem aliquam in legibus habituras: atque haec intelligentes, his, quae modo diximus, tanquam legibus quibusdam utentur: quorum usu, & familia & respublica bene gubernata feliciter vivent. *Cli.* Valde consentaneum est, quod dixisti. *Athen.* Ne desinamus ergo ab huiusmodi legumlatione ante, quam animorum quoque studia, quae ad teneros admodum pueros pertinent, describamus: & ita simili quoque modo, ut de corporibus inceperimus, sermonem absolvamus. *Cli.* Recte nimi-

το, οἷον φοιχεῖον ἐπ' ἀμφότερα σώματος τε καὶ ψυχῆς τῶν πάντων νέων, τὴν τιθῆναι καὶ κίνησιν γιγνομένην ὅτι μάλιστα διὰ πάσης τε νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ὡς ἐστὶ ξυμφορὸς ἅπασιν μὲν, οὐχ ἤκιστα δὲ τοῖς ἔτι νεωτάτοις καὶ οἰκεῖν, εἰ δυνατὸν ἦν, εἶον ἀεὶ πλέοντας. νῦν δ' ὡς ἐγγύτατα τούτου ποιεῖν δεῖ περὶ τὰ νεογενῆ παιδῶν θρέμματα. τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ καὶ ἀπὸ τῶνδε ὡς ἐξ ἔμπειρίας αὐτὸ εἰλήφασιν καὶ ἐγνώκασιν ὃν χρῆσιμον αἴτε τροφοὶ τῶν μικρῶν, καὶ αἱ περὶ τὰ τῶν Κορυβάντων ἰάματα τελοῦσαι. ἡνίκα γὰρ ἂν που βουληθῶσι κατακοιμίζειν τὰ δυσπνοῦντα τῶν παιδιῶν αἱ μητέρες, οὐχ ἡσυχίαν αὐτοῖς προσφέρουσιν, ἀλλὰ τοῦναντίον κίνησιν, ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἀεὶ σείουσιν καὶ οὐ σιγῆν, ἀλλὰ τινὰ μελωδίαν. καὶ ἀτεχνῶς οἷον καταυλοῦσι τῶν παιδιῶν, καθάπερ αἱ τῶν ἐκφρόνων βακχεῖων ἰάσεις, ταύτῃ τῇ τῆς κινήσεως ἄμα χορεία καὶ μούσῃ χρώμεναι. ΚΛ. Τίς οὖν αἰτία τούτων, ὧ ξένη, μάλισ' ἔσθ' ἡμῖν; ΑΘ. Οὐ πάνυ χαλεπὴ γιγνώσκεις. ΚΛ. Πᾶς δὴ; ΑΘ. Δειμαίνειν ἐστὶ που ταῦτ' ἀμ-

functus quispiam finem vivendi praeclarum fecerit. Haec omnia viris mulieribusque virtute insignibus communia sunt. Cantus autem & tripudia ita constituentur. Multa praeclarorum sunt circa musicam antiqua poemata, & saltationis genera: de quibus decentia & commoda constitutae civitati deligere, nulla invidia est. quorum electores, non pauciores, quam quinquaginta, sunt annos nati. hi, quae sufficienter in veteribus poematis dicta esse videantur, eligant: quae vero improbe dicta, omnino reiiciant: & quae minus sufficienter, poetis viris musicisque adhibitis, corrigant & absolvant: atque virtute ipsorum poetica, non voluptatibus, neque cupiditatibus, nisi in paucis quibusdam, utantur, ita ut, legislatoris exposita voluntate, saltationem, cantumque, & omnem choream prudenter ad eam dirigant. Omnis profecto ordinata Musa, quamvis suavis Musa non adiungatur, longe melior est, quam cum est sine ordine. suavis autem atque iucunditas Musis omni-

- ἡδὺν, κοινὸν πάσαις. ἐν ἣ γὰρ ἂν ἐκ παίδων τις μέχρι τῆς ἑξηκταίας τε καὶ ἑμφρονος ἡλικίας διαβιῶ, σώφρονι μὲν μούσῃ καὶ διατεταγμένῃ, ἀκούων δὲ τῆς ἐναντίας, μισεῖ καὶ ἀνελεύ-
- d. Φερὸν αὐτὴν προσαγορεύει τραφεῖς δ' ἐν τῇ κοινῇ καὶ γλυκεῖα, ψυχρὰν καὶ ἀγῆν τὴν ταύτη ἐναντίαν εἶναι Φησὶν. ὥστε, ὅπερ ἐβρίθη νῦν δὴ, τότε τῆς ἡδονῆς ἢ ἀγῆας περὶ ἑκατέρας οὐδὲν πεπλεονέκτηκεν ἐκ περιττοῦ δὲ, ἢ μὲν βελτίους, ἢ δὲ χείρους τοὺς ἐν αὐτῇ τραφέντας ἐκάσποτε παρέχεται.
- ΚΛ. Καλῶς εἴρηκας. ΑΘ. Ἔτι δὲ δηλείαις τε πρεπούσαις ὧδὰς ἀρρεσί τε χωρίσαι που δεόν ἂν εἴη, τύπῳ τινὶ διορισά-
- e. μενον καὶ ἀρμονίαισι δὴ καὶ ῥυθμοῖς προσαρμόττειν ἀναγκαῖον. δεῖν γὰρ ὅλην γε τῇ ἀρμονίᾳ ἀπάδειν, ἢ ῥυθμῶ ἀρῥυθμεῖν, μηδὲν προσήκοντα τούτων ἐκάσποις ἀποδιδόντα τοῖς μέλεσιν. ἀναγκαῖον δὴ καὶ τούτων τὰ σχήματά γε νομοθετεῖν. ἔσι δὲ ἀμφοτέροις μὲν ἀμφότερα ἀνάγκη κατεχόμενα ἀποδιδόναι. τὰ δὲ τῶν δηλειῶν, αὐτῶ τῶ τῆς φύσεως ἐκατέρου διαφέρουσι, τούτῳ δεῖ καὶ διασαφεῖν. τὸ δὲ μεγαλο-

bus est communis. nam in quacunq̄ue a primis annis, ad aetatem usq̄ue maturam, versatus aliquis fuerit, eam iucundam arbitratur. quippe si in Musa temperata atq̄ue ordinata fuerit educatus, contrariam cum audit, odit, illiberalemq̄ue appellat: sin vulgarem incultamq̄ue semper audire consueverit, huius contrariam, frigidam & asperam esse ducit. Quapropter, ut modo dicebam, iucunditatis & molestiae in utraq̄ue pro consuetudine nostra par ratio est: sed emolumenti & detrimenti ratio impar. nempe altera meliores, altera deteriores facit utentes. *Cli.* Praeclare. *Athen.* Praeterea cantus, qui viris convenient, & qui feminis, forma quadam distinguere debemus, & concentibus numerisque accommodare. absurdum est enim, concentui universo vel numero dissonare, & his singulis non idonea reddere. Horum igitur formae necessario legibus statuendae sunt, & utrisque convenienter attribuendae: & quid virum, quidve mulierem deceat, ex ipsa utriusque naturae differentia declarare. Porro, quod magnifi-

πρεπὲς οὖν καὶ τὸ πρὸς τὴν ἀνδρείαν ῥέπον, ἀρρεναπὸν Οα-
 τέον εἶναι τὸ δὲ πρὸς τὸ κόσμιον καὶ σῶφρον μᾶλλον ἀπο-
 κλίῃον, δηλυγενέστερον ὡς ἔν, παραδοτέον ἔν τε τῷ νόμῳ καὶ
 λόγῳ. τάξις μὲν δὴ τις αὐτῆ. τούτων δὲ αὐτῶν διδασκαλία ^{p.}
 καὶ παράδοσις λεγέσθω τὸ μετὰ τοῦτο, τίνα τρόπον χρῆ καὶ ¹⁰³
 οἷσι καὶ πότε πράττειν ἕκαστα αὐτῶν. οἷον δὴ τις ναυπη-
 γός, τὴν τῆς ναυπηγίας ἀρχὴν καταβαλλόμενος, τὰ τρο-
 πῖδια ὑπογράφεται τῶν πλοίων σχήματα, ταυτὸν δὲ μοι
 κἀγὼ φαίνομαι ἑμαυτῷ ὁρᾶν, τὰ τῶν βίων πειρώμενος σχή-
 ματα διασησασθαι κατὰ τρόπους τοὺς τῶν ψυχῶν, ὅντως
 αὐτῶν τὰ τροπῖδια καταβάλλεσθαι, ποῖα μηχανῆ καὶ τίσι
 ποτὲ τρόποις ξυνόντες, τὸν βίον ἄριστα διὰ τοῦ πλοῦ τούτου ^{b.}
 τῆς ζωῆς διακομισθῆσόμεθα, τοῦτο σκοπεῖν ὁρθῶς. ἔσι δὲ τοί-
 κων τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα μεγάλης μὲν σπουδῆς οὐκ
 ἄξια, ἀναγκαῖόν γε μὴν σπουδάζειν τοῦτο δὲ οὐκ εὐτυχές.
 ἐπειδὴ δὲ ἐνταῦθα ἐσμεν, εἴπως διὰ προσήκοντος τινὸς αὐτὸ
 πράττομεν, ἴσως ἂν ἡμῖν σύμμετρον ἂν εἴη. λέγω δὲ δὴ τί
 ποτε; ἴσως μὲντ' ἂν τις μοι τοῦτ' αὐτὸ ὑπολαβὼν, ὁρθῶς
 ὑπολάβοι. ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΑΘ. Φημί χρῆναι τὸ μὲν ^{c.}

cum est, & ad fortitudinem tendit, virile dicendum. venu-
 stum autem modestumque magis, feminis esse accommoda-
 tius, & disputatione asseverandum, & legibus fanciendum. At-
 que ordo quidem hic sit. deinceps declaremus, quo modo
 haec, & quibus tradenda aperiendaque sint, & quando agen-
 da. Quemadmodum vero navium faber carinulas primum ad
 navis formam supponit, sic ego mihi facere videor. nam
 dum vitae conor figuras distinguere, secundum animorum na-
 turales formulas quasdam quasi carinulas iacio, ut, qua via
 & ratione, huius vitae navem per haec maria ducturi simus,
 recte conspiciatur. Humanae quidem res magno studio di-
 gnae non sunt. studere tamen necesse est: quod infortunatum
 dixerim. postquam vero hic sumus, si modo quodam conve-
 nienti id fecerimus, satis forsan nobis erit factum. Sed quid
 dicam, recte fortassis aliquis quaeret. *Clī.* Recte admodum.

- σπουδαῖον σπουδάζειν· τὸ δὲ μὴ σπουδαῖον, μὴ. φύσει δὲ εἶναι θεὸν μὲν, πάσης μακαρίου σπουδῆς ἄξιον· ἀνθρώπου δὲ, ὅπερ εἶπομεν ἔμπροσθεν, θεοῦ τι παίγνιον εἶναι μεμηχανημένον. καὶ οὕτως τοῦτο αὐτοῦ τὸ βέλτιστον γεγόνεσθαι. τούτῳ δὲ δεῖν τῷ τρόπῳ ξυνεπόμενον, καὶ παίζοντα ὅτι καλίστας παιδιὰς πάντ' ἀνδρά καὶ γυναῖκα οὕτω διαβιῶναι, τοῦναντίον ἢ νῦν
- d. *διανοηθέντας.* ΚΛ. Πῶς; ΑΘ. Νῦν μὲν που τὰς σπουδὰς οἶονται δεῖν ἕνεκα τῶν παιδιῶν γίνεσθαι. τὰ γὰρ περὶ τὸν πόλεμον ἡγοῦνται, σπουδαῖα ὄντα, τῆς εἰρήνης ἕνεκα δεῖν εὖ τίθεσθαι. τόδ' ἦν ἐν πολέμῳ μὲν ἄρα οὔτ' οὖν παιδιὰ πεφυκυῖα, οὔτ' αὖ παιδεία ποτὲ ἡμῖν ἀξιόλογος, οὔτε οὔσα οὔτε ἔσομένη. τὸ δὲ φαμὲν ἡμῖν γε εἶναι σπουδαιότατον, δεῖ δὲ τὸν κατ' εἰρήνην βίον ἕκαστον πλεῖστον τε καὶ ἄριστον διεξελεῖν.
- e. τίς οὖν ὀρθότης παίζοντα ἐστὶ διαβιωτέον, τίνας δὲ παιδιὰς θύοντα καὶ ἄδοντα καὶ ὀρχούμενον, ὥστε τοὺς μὲν θεοὺς ἴλεως αὐτῷ παρασκευάζει δυνατόν εἶναι, τοὺς δ' ἐχθροὺς ἀμύνεσθαι, καὶ νικᾶν μαχόμενον· ὅποια δὲ ἄδων ἂν τις καὶ

Athen. Oportet igitur, aio, quod studio dignum est, studiose sectari: non digna vero nequaquam. Ac Deum quidem natura omni beato studio dignum, hominem vero, sicut etiam supra diximus, Dei ludo esse fictum, atque id vere ipsius optimum esse. Ita igitur affectos homines consequenter & mares & feminas versari in ludis quam pulcherrimis oportere, contra quam modo cogitantes. *Cli.* Quo pacto? *Athen.* Nunc certe studia ludorum gratia sequenda esse ducunt. nam rem bellicam putant studio dignam pacis gratia bene disponendam esse, cum in bello nec ludus inesse soleat, neque disciplina oratione digna fuerit unquam, nec sit modo, neque futura sit. Nos autem eam disciplinam studio dignissimam arbitramur, qua homines instituti, quam longissime atque optime in pace vitam agant. Quae autem ludendi in vita recta sit ratio, & quales ludi in sacrificiis canendo saltandoque adhibendi sint, ut & Dii nobis reddantur propitii, & hostes fundantur in pugna, & quas potissimum res cantu & saltatione imitati,

δραχόμενος, ἀμφότερα ταῦτα πράττοι τὸ μὲν τῶν τύπων εἶρηται, καὶ καθάπερ ὄδοι τέτμηται, καθ' ἃς ἰτέον προσδοκῶντα καὶ τὸν ποιητὴν εὖ λέγειν τὸ,

Τηλέμαχ', ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῆσι νοήσεις,

"Ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται. οὐ γὰρ οἶω

Οὐ σε θεῶν ἀέκητι γενέσθαι τε τραφέμεν τε.

Ταυτὸν δὴ καὶ τοὺς ἡμετέρους τροφίμους δεῖ διανοηθέντας, τὰ μὲν εἰρημένα ἀποχράντως νομίζειν εἰρήσθαι τὰ δὲ καὶ τὸν δαίμονα τε καὶ θεὸν αὐτοῖσιν ὑποθήσεσθαι θυσιῶν τε πέρι καὶ χορείων ὥς τίσι τε καὶ ὅποτε ἕκαστα ἕκαστοις προσπαί- b.
ζοιτές τε καὶ ἰλεούμενοι κατὰ τὸν τρόπον τῆς Ούσεως διαβιώσονται, θαύματα ὄντες τοπολὺ, σμικρὰ δὲ ἀληθείας ἄπτα μετέχοντες. ΜΕΓ. Παντάπασι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἡμῖν, ὦ ξέε, διαφασκίσεις. ΑΘ. Μὴ θαυμάσης, εἰ Μέγιλ- λε, ἀλλὰ ξύη γυνάβι μοι. πρὸς γὰρ τὸν θεὸν ἀπιδῶν, καὶ πα- θῶν, εἶπεν ὅπερ εἶρηκα νῦν. ἔγω δ' οὖν τὸ γένος ἡμῶν, μὴ Οαῦλον, εἰ σοι Φίλον, σπουδῆς δὲ τινὸς ἄξιον. τὸ δ' ἔξῃς c.
τούτοις, οἰκοδομίαι μὲν εἶρηται γυμνασίων ἅμα καὶ διδα-

p.
304
a.

haec utraque consequi valeamus, quibusdam quasi formulis praesignatum est, & viae, per quas eundem, constratae sunt. qua sane in re credendum est, poëtam bene cecinisse, cum ait : *Telemache, alia quidem tu mente versabis, alia tibi daemon suggeret. non enim te puto sine numine Divium genitum & nutritum.* Hoc ipsum alumnos quoque nostros cogitare oportet, & superiora quidem sufficienter dicta existimare : & si qua defunt, Daemonem Deumque sperare sibi suggesturum, quibus scilicet sacrificiis choreisque, & quando, & quae numina ludendo placare debeant, secundum modum naturae viventes : cum ipsi res quaedam mirae sint, ut plurimum veritatis parum participes. *Meg.* Genus hominum, hospes, penitus parvi facis. *Athen.* Non mireris, sed ignosce, o Megille. nam cum ad Deum respexerim, commotusque fuerim, haec dixi. Genus ergo nostrum, si tibi sic placet, non vile, sed aliquo dignum studio sit. Post haec gymnasiorum, doctrinarumque

- σκαλείων κοινῶν τριχῆ κατὰ μέσῃ τὴν πόλιν ἔξωθεν δὲ ἵππων αὖ τριχῆ περὶ τὸ ἄστυ, γυμνάσιά τε καὶ εὐρυχώρια, τοξικῆς τε καὶ τῶν ἄλλων ἀκροβολισμῶν ἕνεκα διακεκοσμημένα, μαθησεώς τε ἅμα καὶ μελέτης τῶν νέων. εἰ δ' ἄρα μὴ τότε ἱκανῶς ἐρρήθησαν, νῦν εἰρήσῃω τῷ λόγῳ μετὰ νόμων. ἐν δὲ τούτοις πᾶσι, διδασκάλους ἐκάστων πεπεισμένους μι-
- d. σποῖς, οἰκοῦντας ξένους, διδάσκειν τε πάντα ὅσα πρὸς τὸν πόλεμον ἐστὶ μαθήματα τοὺς φοιτῶντας, ὅσα τε πρὸς μουσικὴν. οὐχ ὅν μὲν ἂν ὁ πατήρ βούληται, φοιτῶντα δ' ἂν μὴ, ἐῶντα τὰς παιδείας· ἀλλὰ, τὸ λεγόμενον, πάντ' ἀνδράκα καὶ παῖδα, κατὰ τὸ δυνατόν, ὡς τῆς πόλεως μᾶλλον ἢ τῶν γεννητόρων ὄντας, παιδευτέον ἐξ ἀνάγκης. τὰ αὐτὰ δὲ καὶ περὶ θηλειῶν ὁ μὲν ἐμὸς νόμος ἂν εἴποι πάντα ὅσα περ καὶ
- e. περὶ τῶν ἀρρένων, ἴσα καὶ τὰς θηλείας ἀσκεῖν δεῖν. καὶ οὐδὲν φοβηθεὶς εἴποιμ' ἂν τοῦτον τὸν λόγον, οὔτε ἵππικῆς, οὔτε γυμναστικῆς, ὡς ἀνδράσι μὲν πρέπον ἂν εἴη, γυναίξει δὲ οὐκ ἂν πρέπον. ἀκούων μὲν γὰρ δὴ μύθους παλακίους πέπεισμαι. τὰ δὲ νῦν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οἶδα ὅτι μυριάδες ἀναριθμητοὶ γυ-

publica aedificia tripartito in media urbe locata sunt. foris quoque equorum gymnasia in suburbis similiter tripartito, loca insuper ampla ordinata, ubi iuventus ad arcum & telorum iactum instruat exerceaturque. Quod si in superioribus non sufficienter de his est dictum, nunc & sermone dictum sit, & lege sancitum : illorumque omnium peregrini magistri pretio conducendi, qui, illic habitantes, & ad rem militarem, & ad musicam, venientes instituant. Ac non illos tantum, quos parentes voluerint, oportet discere ; quos vero noluerint, disciplinas missas facere : sed, ut dicitur, viri omnes, quoad fieri potest, & pueri, utpote qui civitatis magis, quam parentum liberi sint, necessario discant. Eadem quoque de feminis, quae & de masculis, lex mea sanciet. eadem enim ab utriusque volumus exerceri. neque verebor dicere, equestrem disciplinam atque gymnasticam ita mulieribus, ut viris, honestam esse. hoc enim ex veteribus audivi fabulis, fidemque adhibeo.

καικῶν εἰσι τῶν περὶ τὸν Πόντον, ὡς Σαυρομάτιδας καλοῦ-
 σιν, αἷς οὐχ ἰππων μόνου, ἀλλὰ καὶ τῶν καὶ τῶν ἄλλων p.
805
 ἄλλων κοινῶν καὶ τοῖς ἀνδράσιν ἴση προστεταγμένη, ἵσως a.
 ἀσκεῖται. λογισμὸν δὲ πρὸς τούτοις περὶ τούτων τοῖδ' οὐδὲ τινα
 ἔχω. Οὐκί, εἴπερ ταῦτα οὕτω ξυμβαίνειν ἐστὶ δυνατὰ, πάν-
 των ἀνοητότατα ταυῶν ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν τόποις γίνεσθαι,
 τὸ μὴ πάση βίῳμῃ πάντας ἑμοδυμαδὸν ἐπιτηδεύειν ἀνδρας
 γυναιξὶ ταυτά. σχεδὸν γὰρ ὀλιγοῦ πᾶσα ἡμίσεια πόλις ἀν-
 τί διπλασίας οὕτως ἐστὶ τε καὶ γίνεται ἐκ τῶν αὐτῶν τελευτῶν b.
 καὶ πόλεων. καίτοι θραυματὸν ἂν ἀμάρτημα νομοθέτη τοῦτ'
 αὐτὸ γίνοιτο. ΚΑ. Ἐοικέ γε. ἐστὶ μέντοι πάμπολλα ἡμῖν,
 ὧ ξένη, παρὰ τὰς εἰωθυίας πολιτείας τῶν νῦν λεγομένων.
 ΑΘ. Ἀλλὰ γὰρ, εἶπον, τὸν μὲν λόγον ἔῃσαι διεξελεῖν εὔ,
 διελεῖν δὲ, οὕτω τὸ δοκοῦν αἰρεῖσθαι δεῖ. ΚΑ. Μάλα εἴ-
 πες τε ἐμμελῶς, πεποιήκας τε μὲ ταυῶν αὐτὸν ἐμαυτῷ ἐπι-
 πλήττειν ὅτι ταῦτα εἶρηκα, λέγε οὖν τὸ μετὰ ταῦτα ὅ, τι c.
 σοὶ κεχαρισμένον ἐστίν. ΑΘ. Τὸ δὲ ἔμοιγε, ὧ Κλεινία, ὃ καὶ
 πρόσθεν εἶπον ὡς, εἰ μὲν ταῦτα ἦν μὴ ἰκανῶς ἔργοις ἔλη-

Nostris etiam temporibus, non ignoro, esse circa Pontum in-
 numera mulierum millia, Sauromatidasque vocari, quibus
 non equorum modo, verum etiam arcuum ceterorumque
 armorum, aequalis cura cum viris & exercitatio sit instituta.
 Sed rationem quoque ad haec hanc habeo. Aio equidem, si
 haec ita fieri possunt, stultissimum hoc in nostris regionibus
 esse, ut non iisdem studiis mulieres ac viri omni conatu con-
 sensuque dent operam. ferme enim civitas omnis hoc modo
 pro dupla, dimidia fit, ex eisdem laboribus atque tributis,
 qui sane legislatoris error est mirus. *Cli.* Sic apparet. verum
 multa nobis, hospes, praeter rerumpublicarum consuetudinem
 dicta sunt. *Athen.* Totam primo disputationem decet percur-
 rere: deinde, quod potissimum videtur, eligere. *Cli.* Scite ad-
 modum modo dixisti, fecistisque, ut me ipsum reprehendam,
 quod illa dixerim. quare deinceps, ut lubet, dicas. *Athen.*
 Hoc ipsum mihi placet, *Clinia*, quod modo dicebam. nam si

λεγόμενα ὅτι δυνατὰ ἐσι γίνεσθαι, τάχα ἦν ἂν τι καὶ ἀν-
 ειπεῖν τῷ λόγῳ· νῦν δὲ ἄλλό τί που ζητητέον ἐκείνῳ τῷ τοῦ-
 του τὸν νόμον μηδαμῇ δεχομένῳ. τὸ δ' ἡμέτερον διακέλευ-
 σμα ἐν τούτοις οὐκ ἀποσβήσεται, τὸ μὴ οὐ λέγειν ὡς δεῖ παι-
 δεῖας τε καὶ τῶν ἄλλων ὅτι μάλιστα κοινωνεῖν τὸ θεῖον γένος
 δ. ἡμῖν τῷ τῶν ἀρρένων γένει. καὶ γὰρ οὖν οὕτωςί πως δεῖ περὶ
 αὐτοῦ διανοηθῆναι. Φέρε, μὴ μετεχουσῶν ἀνδράσι γυναικῶν
 κοινῇ τῆς ζωῆς πάσης, μῶν οὐκ ἀνάγκη γενέσθαι γέ τινα
 τάξιν ἑτέραν αὐταῖς; ΚΛ. Ἀνάγκη μὲν οὖν. ΑΘ. Τίνα οὖν
 ἐμπροσθεν τῶν νῦν ἀποδεδειγμένων θεῖμεν ἂν τῆς κοινωνίας
 ταύτης, ἦν νῦν αὐταῖς ἡμεῖς προστάττομεν; πότερον ἦν Θρα-
 κες ταῖς γυναιξὶ χρῶνται, καὶ πολλὰ ἕτερα γένη, γεωργεῖν
 ε. τε καὶ βουκολεῖν καὶ ποιμαίνειν, καὶ διακονεῖν μηδὲν διαφε-
 ρόντως τῶν δούλων; ἦ, καθάπερ ἡμεῖς, ἅπαντές τε οἱ περὶ
 τὸν τόπον ἐκείνον. νῦν γὰρ δὴ τότε παρ' ἡμῖν ὧδὲ ἐσι περὶ
 τούτων γιγνόμενον· εἰς τινα μίαν οἴκησιν ξυμφορήσαντες,
 τὸ λεγόμενον, πάντα χρήματα, παρέδομεν ταῖς γυναιξὶ
 διαταμιεύειν τε καὶ κερκίδων ἄρχειν καὶ πάσης ταλασίας. ἦ
 τὸ τούτων δὴ διὰ μέσου φῶμεν, ὦ Μέγιλλε, τὸ Λακωνι-

re ipsa non satis pateret, fieri haec posse, contradici forsan
 nonnihil posset. nunc vero, si quis legem hanc aspernatur,
 aliud certe quaerat oportet. praeceptum vero nostrum non
 cessabit asserere, quod oporteat doctrinae ceterorumque
 quam maxime mulieres cum viris participes fieri. sic enim
 de his considerare oportet. Dic, age, si mulieres cum viris in
 omni vita participes non sint, an non necesse erit ipsis alium
 quendam ordinem assignare? *Cli.* Necesse. *Athen.* Quem
 alium eorum, qui nunc sunt, potius, quam nostrae communio-
 nis, ordinem assignabimus? utrum, sicut Thraces, multaeque
 aliae gentes, agriculturan, bubulcorum pastorumque officia,
 & reliqua opera, nihilo a servorum ministeriis differentia, mu-
 lieribus tribuemus? an, quemadmodum nos, vicinique omnes
 nostri, reconditis in unam domum rebus, ut dicitur, omni-
 bus, feminis penus custodiam, radios, lanificium, & similia

κόν; κόρας μὲν γυμνασίων μετόχους οὐσας ἄραι καὶ μουσι- p.
 κῆς δεῖν ζῆν; γυναῖκας δὲ, ἀργούσας μὲν ταλασίας, ἀσκητι- 806
 κόν δὲ τινα βίον καὶ οὐδαμῶς Οὐλύον οὐδ' εὐτελῆ διαπλέ- a.
 κειν; Ψεραπείας δὲ καὶ ταμειίας αὖ καὶ παιδοτροφίας εἰς τι
 μέσον ἀφικνεῖσθαι; τῶν δὲ εἰς τὸν πόλεμον μὴ κοινωνούσας,
 ὥστ' οὐδ' εἴτις ποτὲ διαμάχεσθαι περὶ πόλεως τε καὶ παιδῶν
 ἀναγκαστῆρα τύχη γίγνοιτο, οὐτ' ἂν τόξων, ὡς τινες Ἀμα-
 ζόνες, οὐτ' ἄλλης κοινωνῆσαι ποτὲ βολῆς μετὰ τέχνης δυνά- b.
 μεναι, οὐδὲ, ἀσπίδα καὶ δόρυ λαβοῦσαι, μιμῆσασθαι τὴν Ψεδν,
 ὡς πορψουμένης αὐταῖς τῆς πατρίδος, γενναίως ἀντιτάσσας,
 φόβον γε, εἰ μηδὲν μείζον, πολεμίοισι δύνασθαι παρασχεῖν
 ἐν τάξει τινὶ κατοφθείσας; Σαυρομάτιδας δὲ οὐδ' ἂν τοπα-
 ράπαν πολμήσειαν μιμῆσασθαι, τοῦτου τὸν τρόπον διαβιοῦ-
 σαι παρὰ γυναῖκας δὲ αὐτὰς ἄνδρες ἂν αἰ ἐκείνων γυναῖκες
 φανείεν. ταῦτ' οὖν ὑμῶν τοὺς νομοθέτας ὁ μὲν βουλόμενος c.
 ἐπαινέειν, ἐπαινέτω τὸ δ' ἐμὸν οὐκ ἄλλως ἂν λεχθεῖη. τέλειον
 γὰρ καὶ οὐδ' ἡμῖσιν δεῖν τὸν νομοθέτην εἶναι, τὸ πῆλυ μὲν
 ἀφιέντα τρυφᾶν καὶ ἀναλίσκειν, διαίταις ἀτάκτως χρώ-

committemus? vel Laconicum, o Megille, quasi medium, eli-
 gemus? ut virgines quidem gymnasis & musicae vacent: mu-
 lieres autem in otio quidem lanificium curent; vitam tamen
 non abiectam & tenuem, sed follertiores quandam agant.
 quin etiam domestici cultus, custodiendi penus, educandorum-
 que liberorum mediam quandam curam suscipiant. nec bel-
 lis interfint: ut, si patriam Iberosque tueri necesse sit, nec
 sagittas emittere, ut Amazones, nec cum reliquis civibus ia-
 culationem scite obire queant, nec, scuto hastaque sumpta,
 imitari Deam, ac pro patria obsessa generose resistere, ut, si
 nihil aliud maius, terrorem saltem, in acie visae, hostibus ipsis
 incutiant. Quippe si ita vixerint, Sauromatas imitari nun-
 quam audebunt: sed apud ipsas mulieres, mulieres illorum
 videbuntur viri. In his itaque vestrarum legum latores pro-
 bet, qui velit: ego profecto aliter nunquam dicam. perfectum
 namque officium, non medium, a legumlatore requiro, qui

- μενον, τοῦ δὲ ἄρρενος ἐπιμεληθέντα τελείως, σχεδὸν εὐδαίμονος ἡμισυ βίου καταλείπειν ἀπὲρ διπλασίου τῆ πόλει. ΜΕΓ. Τί δράσομεν, ὦ Κλεινία; τὸν ξένον ἐάσομεν τὴν Σπάρτην
- d. οὕτω καταδραμεῖν; ΚΛ. Ναί. δεδομένης γὰρ αὐτῷ παρρησίας, ἐατέον, ἕως ἂν διεξέλθωμεν πάντῃ ἰκανῶς τοὺς νόμους. ΜΕΓ. Ὅρθῶς λέγεις. ΑΘ. Οὐκοῦν τὰ μετὰ ταῦτα ἤδη σχεδὸν ἔμὸν πειρᾶσθαι φράζειν. ΚΛ. Πῶς γὰρ οὐ; ΑΘ. Τίς δὴ τρόπος ἀνθρώποις γίγνεται ἂν τοῦ βίου, οἷσι τὰ μὲν ἀναγκαῖα εἴη κατεσκευασμένα μέτρια, τὰ δὲ τῶν τεχνῶν, ἄλλοις παραδεδομένα; γεωργίαι δὲ ἐκδεδομέναι δούλοις, ἀπαρ-
- c. χῆν τῶν ἐκ τῆς γῆς ἀποτελοῦσιν ἰκανὴν ἀνθρώποις ζωῆσι κοσμίως· ξυσσίτια δὲ κατεσκευασμένα εἴη, χωρὶς μὲν, τὰ τῶν ἀνδρῶν, ἐγγυς δ' ἐχόμενα τὰ τῶν αὐτοῖς οἰκείων, παίδων τε ἅμα θελειῶν καὶ τῶν μητέρων αὐταῖς· ἀρχουσί τε καὶ ἀρχούσαις εἴη προστεταγμένα λύειν ταῦτα ἐκάστῃς τὰ ξυσσίτια, πάντα καθ' ἐκάστην ἡμέραν, θεασαμένους καὶ ἰδόντας τὴν διαγωγὴν τὴν τῶν ξυσσιτίων. μετὰ δὲ ταῦτα, σπείσαντας τὸν τε ἀρχοντα καὶ τοὺς ἄλλους, οἷς ἂν τυγχάνῃ

P.
§ 07

a.

non finat diffluere deliciis mulieres, nec maribus folis attendat : ne pro felicitate civitatis duplici, simplicem solum efficiat. *Meg.* Quid hic agemus, o Clinia? an patiemur, ut Spartam sic hospes invadat? *Cli.* Certe. nam cum dicendi libertas ei concessa sit, quousque satis de legibus tractatum non fuerit, inturbatus non est. *Meg.* Probe dicis. *Athen.* Meum igitur est, quae sequuntur, explanare. *Cli.* Procul dubio. *Athen.* Quis igitur vitae modus erit, quibus necessaria mediocriter sint praeparata? artes vero aliis relictas, agricultura servis commendata, qui fructus ex agris reddant, qui satis sint hominibus modeste viventibus, quibus praeterea convivia publica sint instituta: virorum quidem seorsum, & proxime propinquorum, filiarumque una atque matrum: hisque convivii principes quidam & viri & mulieres praepositi sint, qui in eis observent quotidie animadvertantque singula, deinde coetus ipsos dissolvant, & postquam tam principes,

θεοῖς ἢ τότε νύξ τε καὶ ἡμέρα καθιερωμένη, κατὰ ταῦτα
 οὕτως οἴκαδε πορεύεσθαι. τοῖς δὲ ταύτη κεκοσμημένοις ἄρα
 οὐδὲν λειπόμενον εἶναι ἀναγκαῖόν τε ἔργον καὶ παντάπασι
 προσήκον; ἀλλ' ἐν τρόπῳ βροσκήματος ἕκαστον πλαινόμενον αὐ-
 τῶν δεῖ ζῆν; οὐκ οὐ γέγε δίκαιον Φαμέν, οὐδὲ καλόν οὐδ'
 οἶόν τε τὸν ζῶντα οὕτως ἀτυχήσει τοῦ προσήκοντος· προσή-
 κει δὲ ἀργῶ καὶ ῥαῖστος καταπεπεσμένῳ ζῶντι, σχεδὸν ὑπ' b.
 ἄλλου διαρπασθῆναι ζῶντος τῶν σφόδρα τετραμμένων μετὰ ἀν-
 δρείας τε ἅμα καὶ τῶν πόνων. ταῦτα οὖν δὴ δι' ἀκριβείας
 ἱκανῆς, ὡς καὶ νῦν, εἰ ζητοῖμεν ἀν, ἴσως οὐκ ἀν ποτε γένοι-
 το, μέχρι περ ἀν γυναῖκας τε καὶ παῖδες οἰκήσεις τε ἴδιαι
 καὶ ἰδίως ἅπαντ' ἢ τὰ τοιαῦτα ἕκάστῳ ἡμῶν κατεσκευασ-
 μένα. τὰ δὲ μετ' ἐκεῖν' αὖ δεύτερα ταῦν λεγόμενα εἰ γί-
 γνοιτο ἡμῖν, γίγνοιτο ἀν καὶ μάλα μετρίως. ἔργον δὲ δὴ
 τοῖς οὕτω ζῶσι Φαμέν οὐ τὸ σμικρότατον οὐδὲ τὸ Φαυλότα- c.
 του λείπεσθαι· μέγιστον δὲ πάντων εἶναι προστεταγμένον ὑπὸ
 δικαίου νόμου. τοῦ γὰρ πάσαν τῶν ἄλλων πάντων ἔργων βίου
 ἀσχολίαν παρασκευάζοντος τοῦ Πυθιάδας τε καὶ Ὀλυμπιά-

quam ceteri, Diis ipsis, quibus dies illa vel nox dicata est,
 libaverint, domum proficiscantur. His igitur hominibus sic
 institutis nullumne erit reliquum opus necessarium, ipsisque
 conveniens, sed dediti ventri, more pecorum vivent? At vero
 nec iustum, nec honestum id ducimus: neque possibile est,
 ita viventem hominem in id tandem, quod sibi convenit, non
 incurrere. convenit autem desidi obesoque per inertiam ani-
 mali, ut ab alio laboribus exercitato & quasi extenuato for-
 tique raptum dilanietur. Haec utique si sufficienter exacteque,
 ut modo videmur, perquiramus, forte nunquam fierent,
 donec mulieres, & liberi, & domus, & reliqua propria cuique
 essent. si tamen, quae secunda ad ea sunt, & modo tractan-
 tur, fierent, mediocriter certe fierent. Opus igitur ita viven-
 tibus non parvum neque vile restare dicimus, sed maximum
 omnium a iusta lege mandatum. nam cum singuli vivendi
 modi a ceteris omnibus operibus distrahant, ut, si quis Pythia

- δος νίκης ὀρεγομένου, διπλασίας τε καὶ ἔτι πολλῶ πλέονος ἀσχολίας ἐστὶ γέμων ὁ περὶ τὴν τοῦ σώματος πάντως καὶ ψυχῆς εἰς ἀρετῆς ἐπιμέλειαν βίος ἡρημένος ὀρθότατα. πάρεργον
- d. γὰρ οὐδὲν δεῖ τῶν ἄλλων ἔργων διακάλυμα γίνεσθαι τῶν τῷ σώματι προσκόντων εἰς ἀπόδοσιν πόνων καὶ τροφῆς, οὐδ' αὖ ψυχῆ μαθημάτων τε καὶ ἔθων. πᾶσα δὲ νύξ τε καὶ ἡμέρα σχεδὸν οὐκ ἐστὶν ἰκανὴ τοῦτ' αὐτὸ πράττουσι, τὸ τέλοςν τε καὶ ἰκανὸν αὐτῶν ἐκλαμβάνειν. οὕτω δὲ τούτων πεφυκότων, τάξιν δεῖ γίνεσθαι πᾶσι τοῖς ἐλευθέροις τῆς διατριβῆς περὶ τὸν χρόνον ἅπαντα, σχεδὸν ἀρξάμενον ἐξ ἑω,
- e. μέχρι τῆς ἑτέρας ἀεὶ ξυνεχῶς ἕω τε καὶ ἡλίου ἀνατολῆς. πολλὰ μὲν οὖν καὶ πυκνὰ καὶ σμικρὰ λέγων ἂν τις νομοθέτης, ἀσχήμεων φαινοίτο, περὶ τῶν κατ' οἰκίαν διοικήσεων, τά τε ἄλλα, καὶ ὅσα νύκτωρ ἀϋπνίας πέρι πρέπει τοῖς μέλλουσι διὰ τέλους φυλάξειν πᾶσαν πόλιν ἀκριβῶς. τὸ γὰρ ὅλην δικτελεῖν ἡντιοῦν νύκτα εὔδοντα καὶ δυτιοῦν τῶν πολιτῶν,
- P.
808
a. καὶ μὴ φανερὸν εἶναι πᾶσι τοῖς οἰκέταις ἐγειρόμενόν τε καὶ ἐξανιστάμενον ἀεὶ πρῶτον, τοῦτο αἰσχρὸν δεῖ δεδόχθαι πᾶσι, καὶ οὐκ ἐλευθέρου εἶτ' οὖν νόμον, εἶτ' ἐπιτήδευμα τὸ τοιοῦ-

vel Olympia vincere studeat, is aliis rebus vacare nequeat: duplici, immo vero multiplici adhuc cura, vita illius plena est, qui recte animi corporisque virtuti vacat. nihil enim exercitationis corporeae, nihil doctrinarum animi morumque, propter alia negotia negligendum est. ferme enim tota dies totaque nox ista diligenter curanti vix fatis est, ut ea profus affequatur. Cum igitur haec ita se habeant, ordo totius temporis liberis hominibus ab ortu solis perpetuus ad alterum solis ortum est habendus. Ridiculus fortasse legislator habebitur, si multa, frequentiaque, & minima quaeque de familiari administratione narraverit, cum in aliis, tum etiam in nocturna vigilia, quam necesse est, ut conservaturi civitatem exhibeant. Nam sive lex, sive officium id appellandum sit, quod modo praecipimus, certe omnibus turpe illud & illiberale videri debet, ut civium aliquis per totam dormiat no-

του καλεῖν ἐστὶ χρεῖων. καὶ δὴ καὶ δεσποῖναι ἐν οἰκίᾳ ἐπὶ
 δεραπαινίδων ἐγείρεσθαι τιῶν, καὶ μὴ πρώτην αὐτὴν ἐγεί-
 ρειν τὰς ἄλλας, αἰσχρὸν λέγειν χρῆ πρὸς αὐτοὺς, δοῦλόν τε
 καὶ δούλην καὶ παῖδα, καὶ, εἰπὼς ἦν οἴοντε, ὅλην καὶ πᾶσαν
 τὴν οἰκίαν. ἐγείρομένους δὲ νύκτωρ δεῖ πάντα πράττειν τῶν
 τε πολιτικῶν μέρη πολλὰ καὶ τῶν οἰκονομικῶν ἀρχοντας μὲν, **b.**
 κατὰ πόλιν, δεσποῖνας δὲ καὶ δεσπότας, ἐν ἰδίαις οἰκίαις. ὕπνος
 γὰρ δὴ πολὺς οὔτε τοῖς σώμασιν, οὔτε ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν οὐδ'
 αὐ ταῖς πράξεσι ταῖς περὶ ταῦτα πάντα ἀρμόττων ἐστὶ κατὰ
 φύσιν. κατ'εὐδαν γὰρ οὐδεὶς οὐδενὸς ἀξίος, οὐδὲν μᾶλλον τοῦ
 μὴ ζῶντος· ἀλλ' ὅστις τοῦ ζῆν ἡμῶν καὶ τοῦ φρονεῖν μά-
 λις ἐστὶ κηδεμῶν, ἐγρήγορε χρόνον ὡς πλεῖστον, τὸ πρὸς
 ὑγίειαν αὐτοῦ μόνον φυλάττων χρήσιμον. ἐστὶ δ' οὐ πολὺ, **c.**
 καλῶς εἰς ἔσος ἰόν. ἐγρηγορότερες δὲ ἀρχοντες ἐν πόλεσι νύκ-
 τωρ, ὀβηροὶ μὲν κακοῖς πολεμίοις τε ἅμα καὶ πολίταις,
 ἀγαθοὶ δὲ καὶ τίμιοι τοῖς δικαίοις τε καὶ σώφροσιν ὠφέλιμοι
 δὲ αὐτοῖς τε καὶ ξυμπάσῃ τῇ πόλει. νύξ μὲν δὴ διαγομένη
 τριαύτη τις, πρὸς πᾶσι τοῖς εἰρημένοις, ἀνδρείαν ἔν τινα

etiam, nec primus excitetur & surgat, ita ut hoc toti fami-
 liae pateat. Quin etiam ut domina ab ancillis, non ancillae ab
 ipsa primum excitentur, turpe dicendum apud servos, &
 ancillas, pueros, & domum denique, si possibile fit, univer-
 sam. Nocte igitur exsurgant: & magistratus publicum aliquid,
 patres vero matresque familiae in domibus propriis rem suam
 curent. Somnus enim multus, nec corporibus, nec animis,
 neque rebus gerendis, natura conducit. nemo quidem, dum
 dormit, alicuius pretii est, non magis, quam si non viveret.
 quare quicumque vivere & sapere cupit maxime, quam lon-
 gissimo tempore vigilet, sola sanitatis commoditate servata.
 ad hanc vero non multo opus est somno, si quidem bene affue-
 veris. Magistratus profecto nocte in urbibus vigilantes malis
 hominibus, tum hostibus, tum civibus, terrori sunt, amandi ho-
 norandique iustis & temperatis, sibi & civitati utiles univer-
 sae. Sed nox quidem ita peracta, ad ea, quae diximus, fortitu-

- προσπαρέχαιτο ταῖς ψυχαῖς ἐνάσων τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν.
- d. ἡμέρας δὲ ὄρθρου τε ἐπανιόντων, παιῖδας μὲν πρὸς διδασκάλους που τρέπεσθαι χρεῶν. ἄνευ ποιμένος δὲ οὔτε πρόβατα οὔτε ἄλλο οὐδὲν πω βιωτέον, οὐδὲ δὴ παιῖδας ἄνευ τινῶν παιδαγωγῶν, οὐδὲ δούλους ἄνευ δεσποτῶν. ὁ δὲ παῖς, πάντων θηρίων ἐστὶ δυσμεταχειριστότατος. ὅσῳ γὰρ μάλιστα ἔχει πηγὴν τοῦ φρονεῖν μήπω κατηρτυμένην, ἐπίβουλον καὶ ὀριμὸν καὶ ὑβριστότατον θηρίων γίγνεται. διὸ δὴ πολλοῖς αὐτὸ οἶον
- c. χαλινοῖς τισι δεῖ δεσμεύειν· πρῶτον μὲν, τροφῶν καὶ μητέρων ὅταν ἀπαλλάττηται, παιδαγωγοῖς, παιδίας καὶ νηπιότητος χάριν· ἐτι δ' αὖ, τοῖς διδάσκουσι καὶ ὀτιοῦν καὶ μαθήμασιν, ὡς ἐλευθέρων. ὡς δ' αὖ δοῦλον, πᾶς ὁ προστυγχάνων τῶν ἐλευθέρων ἀνδρῶν, κολαζέτω τὸν τε παῖδα αὐτὸν καὶ τὸν παιδαγωγὸν καὶ τὸν διδάσκαλον, ἐὰν ἐξαμαρτόνῃ τις τὶ τούτων. ἂν δ' αὖ προστυγχάνων τις μὴ κολάζῃ τῇ δίκῃ, βυεῖδει μὲν ἐνεχέσθω πρῶτον τῷ μεγίστῳ· ὁ δὲ τῶν νομοφυλάκων ἐπὶ τὴν τῶν παιδῶν ἀρχὴν ἡρημένος ἐπισκοπεῖτω τούτων

P.
809

a.

dinem quoque in animis civium creat. Sole vero surgente, pueri ad magistros proficiscantur. Quoniam vero nec pecudes, nec alia prorsus ulla, sine pastore vivere debent, nec pueri etiam sine paedagogis sint, neque absque dominis servi. Est autem puer omni bestia intractabilior. nam cum prudentiae fontem nondum perfectum habeat, insidiosissimus est, acerrimusque, & petulantissimus omnium bestiarum: ideo multis quasi frenis vincendus est. & cum primum a matribus nutricibusque seiungitur, paedagogis eum ad puerilem lasciviam regendam commendare oportet: deinde, ut liberum quidem, doctrinarum potissimum gratia, praeceptoribus: ut autem servum, castiget, quicumque ex liberis forte deprehenderit, puerum ipsum & paedagogum, & praeceptorem, si qua in re delinquere eos conspexerit. si vero praesens quis iure non castigaverit, maximo subiiciatur opprobrio. Rem hanc ille, qui de custodibus legum ad principatum puerorum electus fuerit, cognoscat: sive ille, qui eos deprehendit, non castigaverit, cum

τὸν ἐντυγχάνοντα οἷς λέγομεν, καὶ μὴ κολάζοντα, δεῖν κολάζειν ἢ κολάζοντα μὴ κατὰ τρόπον. Βλέπων δὲ ἡμῖν θεῷ, καὶ διαφερόντως ἐπιμελούμενος τῆς τῶν παιδῶν τροφῆς, κατευσυνέτω τὰς φύσεις αὐτῶν, αἰεὶ τρέπων πρὸς τὰ γενεῶν κατὰ νόμους. τοῦτον δὲ αὐτὸν αὖ πῶς ἀν ἡμῖν ὁ νόμος αὐτὸς παιδεύσειεν ἰκανῶς; οὐ μὲν γὰρ δὴ εἰρήκεν οὐδὲν πω σαφέως οὐδὲ ἰκανῶν, ἀλλὰ τὰ μὲν, τὰ δ' οὐ. δεῖ δὲ, εἰς δύναμιν **b.** μηδὲν παραλείπειν αὐτῷ, πάντα δὲ λόγον ἀφερμηγεύειν ἵνα οὗτος τοῖς ἄλλοις μὴνυτῆς τε ἅμα καὶ τροφῆς γίγνηται. τὰ μὲν οὖν δὴ χορείας πέρι μελῶν τε καὶ ὀρχήσεως ἐρρήθη τίνας τύπον ἔχοντα, ἐκλεκτέα τε ἐσι καὶ ἐπανορθωτέα καὶ καθιερωτέα τὰ δὲ ἐν γράμμασι μὲν οὐτα, ἀνευ δὲ μέτρων, ποῖα καὶ τίνα μεταχειρίζεσθαι χρήσει τρόπον, ᾧ ἄριζε τῶν παιδῶν ἐπιμελητὰ, τοὺς ὑπὸ σοῦ τρεφομένους, οὐκ εἰρήκαμεν. **c.** καίτοι τὰ μὲν περὶ τὸν πόλεμον ἃ δεῖ μανθάνειν τε αὐτοὺς καὶ μελετᾶν, ἔχεις τῷ λόγῳ τὰ δὲ περὶ τὰ γράμματα πρῶτον καὶ δεῦτερον λύρας πέρι καὶ λογισμῶν, ὧν ἔφαμεν δεῖν, ὅσατε πρὸς πόλεμον καὶ οἰκονομίαν καὶ τὴν κατὰ πόλιν

oporteret; siue non more castigaverit. Acute autem videat hic oportet, diligentissimeque educationem puerorum curet, naturas eorum secundum leges ac bonum ipsum dirigens semper, & convertens. Quomodo autem hunc ipsum nobis lex sufficienter erudiet? non enim satis, nec aperte adhuc dictum est: sed alia tacta, alia praetermissa. oportet autem pro viribus nihil relinquere, sed rationem omnem exponere, ut interpres hic aliis & educator sit. De choreae quidem, cantus, & saltationis forma dictum est: quae eligenda, corrigenda, dedicanda sit. De scriptis autem oratione soluta nondum diximus, quatenam horum, & quo ordine, o optime pueritiae cultor, alumnis tradenda sint: quamvis quae in re bellica discenda exercendaque ipsis sunt, iam habeas. etenim quod percipienda sint, quae ad literas pertinent primum, deinde, quae ad lyram, a legislatore dictum est: praeterea, quae ad computationem numerorum spectant, quibus opus esse diximus:

- διοίκησιν χρῆναι ἐκάστους λαβεῖν· καὶ πρὸς τὰ αὐτὰ ταῦτα ἔτι τὰ χρήσιμα τῶν ἐν ταῖς περιόδοις τῶν θεῶν, ἄσρων τε περὶ καὶ ἡλίου καὶ σελήνης, ὅσα διοικεῖν ἀναγκαῖόν ἐστι περὶ
- d. ταῦτα πάσῃ πόλει. τίνων δὴ πέρι λέγομεν; ἡμερῶν τάξεως εἰς μηνῶν περιόδους, καὶ μηνῶν εἰς ἕκαστον τῶν ἐνιαυτῶν ἵνα ὦραι καὶ θυσίαι καὶ ἑορταί, τὰ προσήκοντα ἀπολαμβάνουσαι ἑαυταῖς ἕκασται, τῷ κατὰ φύσιν ἀγεσθαι, ζῶσαν τὴν πόλιν καὶ ἐγρηγορουῖαν παρεχόμεναι θεοῖς μὲν τὰς τιμὰς ἀποιδῶσι, τοὺς δὲ ἀνθρώπους περὶ αὐτὰ μᾶλλον ἔμφρονας ἀπεργάζωνται. ταῦτα οὕτω σοὶ πάντα ἱκανῶς, ὦ Φίλε, παρὰ τοῦ
- e. νομοθέτου διήρηται. πρόσεχε δὴ τὸν νοῦν τοῖς μετὰ ταῦτα μέλλουσι ρηθῆσεσθαι. γραμμάτων εἶπομεν ὡς οὐχ ἱκανῶς ἔχεις πέρι, τοπρῶτον ἐπικαλοῦντες τὴν λέξιν τὴνδε, ὡς οὐπω διείρημέ σοι πότερον εἰς ἀκρίβειαν τοῦ μαθήματος ἰτέον τὸν μέλλοντα πολίτην ἔσεσθαι μέτριον, ἢ τοπαράπαν οὐδὲ προσοισέον. ὡς δ' αὐτως καὶ περὶ λύρας. προσοισέον μὲν τοίνυν φαμέν. εἰς μὲν γράμματα, παιδὶ δεκέται, σχεδὸν ἐνιαυτοὶ τρίς· λύρας δὲ ἄψασθαι, τρία μὲν ἔτη καὶ δέκα γεγενοῦσιν ἄρχεσθαι, μέτριος ὁ χρόνος· ἐμμεῖναι δὲ, ἕτερα τρία. καὶ
- p.
810
a.

& omnino, quaecunque ad bellum ac rem familiarem publicamque conducunt. item, quae ad divinorum, astrorum, solis lunaeque circuitum perquirendum: ut universa civitas non ignoret ordinem dierum in mensem, mensiumque in annum: atque ita tempora, solemnitates, sacrificia, ut decet, disposita naturali quodam ductu, vivam civitatem vigilantemque reddant, & Diis honorem tribuant, & homines ad haec prudentiores efficiant. Haec tibi sic, o amice, a legislatore sufficienter distincta sunt: sed, quae sequuntur, animadvertite. nam de literis nondum satis distinctum fuisse dicimus: quoniam, quatenus his vacandum sit, non est declaratum: utrum videlicet exacte eas comprehendere debeant, qui mediocres futuri sunt cives; an nihil omnino. similiter quoque de lyra. Ad literas ergo decennes pueri proficiantur, triennioque insistant. & qui tres ac decem egerunt annos, lyrae similiter

μήτε πλείω τούτων μήτ' ἐλάττω πατρὶ, μήτ' αὐτῷ φιλο-
μαδοῦντι, μηδὲ μισοῦντι, περὶ ταῦτα ἐξέσω μείζω ἢ καὶ
ἐλάττω διατριβὴν ποιῆσθαι παράνομον. ὁ δὲ μὴ πειδόμενος,
ἄτιμος τῶν παιδίων ἔσω τιμῶν, ὡς ὀλίγον ὑπερον ῥητέου.
μανθάνειν δὲ ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις δὴ τί ποτε δεῖ τοὺς
νέους καὶ διδάσκειν αὐτοὺς διδασκάλους, τοῦτο αὐτὸ πρῶ-
τον μάνθανε. γράμματα μὲν τοίνυν χρὴ τὸ μέχρι τοῦ γρά- **b.**
ψαι τε καὶ ἀναγνώσθαι δυνατὸν εἶναι διαπονεῖν. πρὸς τάχος
δὲ ἢ κάλλος ἀπηκριβῶσθαι τισὶν οἷς μὴ φύσις ἐπέσπευσεν ἐν
τοῖς τεταγμένοις ἔτεσι, χαίρειν ἔστω. πρὸς δὲ δὴ, μαθήματα
ἄλυρα ποιητῶν κείμενα ἐν γράμμασι, τοῖς μὲν, μετὰ μέ-
τρων, τοῖς δ' ἄνευ ῥυθμῶν τιμημάτων ἃ δὴ συγγράμματα
κατὰ λόγον εἰρημένα μόνον, τητάμενα ῥυθμοῦ τε καὶ ἁρμο-
νίας, σφαλερὰ γράμμαθ' ἡμῖν ἐστὶ, παρὰ τινῶν τῶν πολλῶν
τσιούτων ἀνθρώπων καταλελειμμένα οἷς, ὧ πάντων βέλτι- **c.**
σοι νομοφύλακες, τί χρήσεσθε; ἢ τί ποτ' ὑμῖν ὁ νομοθέτης
χρησθαι προστάξας, ὀρθῶς ἂν τάξειε; καὶ μάλα ἀπορήσειν
αὐτὸν προσδοκῶ. ΚΛ. Τί ποτε τοῦτο, ὧ ξέγε, φαίνη πρὸς

tres annos incumbant. nec liceat aut patri plus vel minus in
his liberos detinere; aut liberis, sive taedio affectis, citra id
tempus, sive desiderio compulsis ultra, his rebus, contemta
lege, vacare. Si quis non paruerit, honores, qui disciplina
praeditis debentur, quos postea narrabimus, non consequatur.
Sed quid in his annis docere magistri, adolescentisque
discere debeant, audi. Literas, donec legere scribereque pos-
sint, perdiscant. velociter autem aut perpulchre faciant,
necne, nisi natura in hoc temporis spatio iuverit, non est
curandum. Monumenta vero poetarum, in quibus lyra non
utuntur, partim metricè scripta, partim sine metro, quae
quidem rhythmò harmoniaque carentia, fallacia scripta sunt,
nobis a nonnullis huiusmodi hominibus tradita, qua ratione
usui dabitur, o omnium optimi custodes legum? legum quo-
que latorem, qualem istorum usum vobis recte tradat, dubi-
taturum arbitror. *Cli.* Quid, hospes, tecum ita dubitasti? *Athen.*

- σαυτὸν ὄντως ἠπορηκὸς λέγειν; ΑΘ. Ὁρθῶς ὑπέλαβες, ἂν Κλεινία. πρὸς δὲ δὴ κοινωνοὺς ὑμᾶς ὄντας περὶ νόμων, ἀνάγκη τό, τε φαινόμενον εὐπορον καὶ τὸ μὴ, φράζειν. ΚΛ.
- d. Τί οὖν; τί περὶ τούτων νῦν καὶ ποῖόν τι πεπονηδὸς λέγεις; ΑΘ. Ἐρῶ δὴ. εἴμασι γὰρ πολλάκις μυρίοις λέγειν ἐναντία εὐδαμῶς εὐπορον. ΚΛ. Τί δέ; σμικρὰ καὶ ὀλίγα δοκεῖ σοι τὰ ἐμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένα περὶ νόμων, κεῖσθαι τοῖς πολλοῖς ὑπεναντία; ΑΘ. Καὶ μάλα ἀληθές τοῦτό γε λέγεις, κελεύεις γὰρ δὴ με, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, τῆς αὐτῆς ὁδοῦ ἐχθροδοποῦ γεγονυίας πολλοῖς; ἴσως δ' οὐκ ἐλάττωσιν ἑτέροις
- c. προσφιλοῦς' εἰ δὲ ἐλάττωσιν, οὐκ οὖν χείροσί γε μεθ' ὧν διακελεύη με παρακινδυνεύοντά τε καὶ θαρρόυντα τὴν νῦν ἐκ τῶν παρόντων λόγων τετμημένην ὁδὸν τῆς νομοθεσίας πορεύεσθαι, μηδὲν ἀνιέντα. ΚΛ. Τί μὲν; ΑΘ. Οὐ τοίνυν ἀλίγημι. λέγω μὲν ὅτι ποιηταὶ τε ἡμῖν εἰσὶ τινὲς ἐπῶν ἑξαμέτρων πάμπολλοι καὶ τριμέτρων· οἱ μὲν, ἐπὶ σπουδῆν, οἱ δ' ἐπὶ γέλωτα ἀρμηκότες· ἐν οἷς φασὶ δεινοὶ πολλάκις μυρίοι τοὺς ὀρθῶς παιδευομένους τῶν νέων τρέφειν καὶ διακορεῖς ποιεῖν, πολυη-

Recte tu, Clinias: sed ad vos, qui de legibus communiter mecum consideratis, necesse est, ut, & quae certa, & quae dubia mihi videntur, aperiam. *Cli.* Quid ergo de his modo dicis? quid te movit? *Athen.* Dicam equidem. profecto innumeris hominibus non est facile contradicere. *Cli.* Numquid parva & pauca de legibus iam dicta putas multis contraria? *Athen.* Vere profus id dicis. iubere namque videris, ut, quamvis multis hoc iter arduum odiosumque sit, peragam tamen confidenter, perque legum semitam, praesentibus sermonibus patefactam, nihilo praetermissio progrediar: cum iter huiusmodi forsitan non paucioribus, & si paucioribus, non deterioribus placeat. *Cli.* Certe. *Athen.* Nihil igitur praetermittam. Dico, equidem, poetas multos hexametro carmine, multos trimetro, aliisque generibus metrorum scripsisse: ac alios seria, alios iocosa fuisse complexos. quae cuncta multi facultatis huiusmodi professores asserunt recte educandis iuvenibus ediscenda,

νόμους τ' ἐν ταῖς ἀναγκάσεσι ποιοῦντας καὶ πολυμαθεῖς, ὅλους ^{p.}
 παικτὰς ἐκμανθάνοντας. οἱ δὲ, ἐκ πάντων κεφάλαια ἐκλέ- ⁸¹¹
 ξαντες, καὶ τινὰς ὅλας ῥήσεις εἰς ταυτὸ ξυναγαγόντες, ἐκ- ^{a.}
 μαιδάνειν φασὶ δεῖν, εἰς μνήμην τιθεμένους, εἰ μέλλει τις
 ἀγαθὸς ἡμῖν καὶ σοφὸς ἐκ πολυπειρίας καὶ πολυμαθείας γενέ-
 σθαι. τούτοις δὲ σὺ κελεύεις ἐμὲ ταυτῶν παρρησιαζόμενον ἀπο-
 φαίνεσθαι τί τε καλιῶς λέγουσι καὶ τί μῆ; ΚΛ. Πῶς γὰρ
 οὐ; ΑΘ. Τί δὲ τοτ' ἂν οὖν περὶ ἀπάντων τούτων ἐνὶ λόγῳ
 ὀράζων, εἶπομι' ἂν ἰκανόν; εἶμαι μὲν τὸ τοιόνδε σχεδὸν, ὃ ^{b.}
 καὶ πᾶς ἂν μοι συγχαρήσειε· πολλὰ μὲν ἕκαστον τούτων εἰρη-
 κέναι καλιῶς, πολλὰ δὲ καὶ τούναντίον. εἰ δ' οὕτω τοῦτ' ἔχει,
 κίνδυνον φημί εἶναι φέρουσαν τοῖς πικισὶ τὴν πολυμαθεῖαν.
 ΚΛ. Πῶς οὖν καὶ τί παραινούς ἂν τῷ νομοφύλακι; ΑΘ.
 Τοῦ πέρι λέγεις; ΚΛ. Τοῦ πρὸς τί παράδειγμα ποτὲ ἀπο-
 βλέψας ἂν, τὸ μὲν ἐφ' ἅπαντας μαιδάνειν τοὺς νέους, τὸ δ'
 ἀποκωλύσει. λέγε, καὶ μηδὲν ἀπόκνει λέγων. ΑΘ. ὦ γὰρ ^{c.}
 Κλεινία, κίνδυνεὺς κατὰ γε τινὰ τρόπον εὐτυχηκέμαι. ΚΛ.
 Τοῦ δὲ πέρι; ΑΘ. Τοῦ μὴ παντάπασι παραδείγματος ἀπο-

ut ex variorum poetarum peritia facundi reddantur. alii ca-
 pita quaedam ex omnibus electa, & in idem conducta, me-
 moriae commendanda contendunt: si modo quis nostrum ex
 multorum peritia atque notitia probus vir & sapiens sit fu-
 turus. Tu vero, quid ab his recte dicatur, quid contra, li-
 bere a me nunc explicari iubes? *Cli.* Quidni? *Athen.* Ego
 igitur quid potissime de his omnibus uno verbo sufficienter
 dicam? hoc equidem arbitror, quod mihi ab omnibus conce-
 detur, Multa a poetis probe, multa etiam contra esse dicta.
 quod si ita habet, multorum ediscendorum studium iuveni-
 bus periculosum esse assero. *Cli.* Quomodo ergo, & quid
 custodi legum praecipis? *Athen.* Qua de re dicis? *Cli.* Quo-
 nam sit respiciendum, quasi ad exemplar quoddam, ut alia
 perdiscenda iuvenibus, alia ne attingenda quidem iubeat. ne
 dicere id graveris, obsecro. *Athen.* O bone vir Clinia, videor
 quodammodo fortunatus. *Cli.* Qua in re maxime? *Athen.*

- ρεῖν. οὐ γὰρ ἀποβλέψας πρὸς τοὺς λόγους οὓς ἔξ ἑοῦ μέχρι δεῦρο δὴ διεληλύθαμεν ἡμεῖς, ὡς μὲν ἐμοὶ Φαινόμεθα, οὐκ ἄνευ τινὸς ἐπιπνοίας θεῶν ἔδοξαν δ' οὖν μοὶ παντάπασι ποιῆσαι τιτὶ προσομοίως εἰρήσθαι. καὶ μοι ἴσως οὐδὲν θαυμαστὸν
- d. πάθος, λόγους οἰκείους ὅσον ἀπύρους ἐπιβλέψαντι, μάλα ἡσθῆναι. τῶν γὰρ πλείστων λόγων, οὓς ἐν ποιήμασιν ἢ χυδῆν οὕτως εἰρημένους μεμάθηκα καὶ ἀκήκοα, πάντων μοὶ μετριώτατοί γε εἶναι κατεφάνησαν, καὶ προσήκοντες τὰ μάλιχα ἀκούειν νέοις. τῷ δὴ νομοφύλακί τε καὶ παιδευτῇ παράδειγμα οὐκ ἂν ἔχοιμι, ὡς οἶμαι, τούτου βέλτιον φράζειν, ἢ ταῦτά τε διδάσκειν παρακελεύεσθαι τοῖσι διδασκάλοις τοὺς παῖδας, τὰ τε τούτων ἐχόμενα καὶ ὅμοια, ἂν ἄρα που περι-
- e. τυγχάνῃ ποιητῶν τε ποιήματα διεξιῶν, καὶ γεγραμμένα καταλογάδην, ἢ καὶ ψιλῶς οὕτως ἄνευ τοῦ γεγράφθαι λεγόμενα, ἀδελφά που τούτων τῶν νόμων, μὴ μεδίεναι τρόπῳ μηδενί, γράφεσθαι δέ. καὶ πρῶτον μὲν τοὺς διδασκάλους αὐτοὺς ἀναγκάζειν μαυδάνειν καὶ ἐπαινεῖν. οὓς δ' ἂν μὴ ἀρέσκῃ τῶν διδασκάλων, μὴ χρῆσθαι τούτοις συνεργοῖς· οὓς δ' ἂν

Quod penitus exemplo non caream. nempe cum ea, quae ab aurora ad hanc horam non sine quadam Deorum inspiratione, ut mihi videmur, narravimus, animadverto: poëfi quodammodo similia mihi videntur. nec mirum est, si proprios sermones, quasi simul omnes collectos, respiciens, sic afficior, ut admodum laeter. omnino enim, quae poëtice ac soluta oratione dicta didici & audiivi, moderatissima haec mihi, instruendisque iuvenibus idonea maxime videntur. Quamobrem quod melius exemplum legum custodi atque doctori proponam, non habeo, quam ut magistros cogant pueris haec exponere, & quaecunque alia his similia, sive poëtice sive soluta oratione scripta sint, sive simpliciter dicta quidem, & huic disputationi consentanea: quae nullo modo praetermittat oportet, sed operam det, ut scribantur. ac primum praeceptores ipsos compellat discere haec, atque probare: & eos, qui non probent, repellat: iis vero, qui probant, erudiendos in-

ἢ ἐπὶ κίθαρῳ συμψήφους ἔχη, τοῦτοις χράμενον, τοὺς νέους
 αὐτοῖς παραδιδόναι διδάσκειν τε καὶ παιδεύειν. οὗτός μοι μῦ- p.
 θος ἐνταῦθα καὶ οὕτω τελευτάτω, περὶ γραμματικῶν τε εἰ- 812
 ρημένους ἅμα καὶ γραμμάτων. ΚΛ. Κατὰ μὲν τὴν ὑπόθε- a.
 σιν, ὡς ἔειπε, ἔμοιγε οὐ Φαινόμεθα ἐκτὸς πορεύεσθαι τῶν ὑποθε-
 δέντων λόγων· εἰ δὲ τὸ ὅλον κατορθοῦμεν, ἢ μὴ, χαλεπὸν ἴσως
 διασχυρίζεσθαι. ΑΘ. Τότε γὰρ, ὦ Κλεινίη, τοῦτό γ' αὐτὸ
 ἔσται καταφανέστερον, ὡς εἶκός, ὅταν, ὃ πολλάκις εἰρήκαμεν,
 ἐπὶ τέλος ἀφικώμεθα πάσης τῆς διεξόδου περὶ νόμων. ΚΛ.
 Ὅρθως. ΑΘ. Ἄρ' οὖν οὐ μετὰ τὴν γραμματικὴν ὁ κιθαρῳ- h.
 γῆς ἡμῖν προσητέος; ΚΛ. Τί μὴν; ΑΘ. Τοῖς κιθαρῳαῖς
 μὲν τοίνυν ἡμᾶς δοκῶ, τῶν ἔμπροσθεν λόγων ἀναμνησθέν-
 τας, τὸ προσῆμον νεῖμαι τῆς τε διδασκαλίας ἅμα καὶ πόσης
 τῆς περὶ τὰ τοιαῦτα παιδείσεως. ΚΛ. Ποίων δὴ πέρι λέγεις;
 ΑΘ. Ἐφαμεν, οἶμαι, τοὺς τοῦ Διονύσου τοὺς ἐξηκοντού-
 τεις ᾠδοὺς, διαφερόντως εὐαισθήτους δεῖν γεγονέναι περὶ τε
 τοὺς ῥυθμοὺς καὶ τὰς τῶν ἁρμονιῶν συστάσεις· ἵνα τὴν τῶν c.
 μελῶν κίνησιν τὴν εὐ καὶ τὴν κακῶς μεμιμημένην, ἐν τοῖς
 παθήμασιν ὅταν ψυχὴ γίγνηται, τὰ τε τῆς ἀρχαῆς ὁμοιώ-
 ματα καὶ τὰ τῆς ἐναντίας ἐκλέξασθαι δυνατός ὢν τις, τὰ

flituendosque adolescentes committat. Sed de literis, earumque
 magistris, iam satis. *Cli.* A proposito quidem, hospes, ut
 mihi videtur, non aberravimus: sed utrum recte totam rem,
 an contra, agamus, forsan difficile dictu. *Athen.* Tunc de-
 mum, Clinia, id quoque patebit, ut decens est, quando, si-
 cut saepenumero diximus, legum tractatio finem accipiet. *Cli.*
 Recte. *Athen.* Verum post literarum magistrum nonne de
 citharista dicendum? *Cli.* Cur non? *Athen.* Si superiorum
 memores erimus verborum, citharistis congruum & docendi,
 & educandi, quantum ad sua spectat, ut reor, officium da-
 bimus. *Cli.* De quibus dicis? *Athen.* Oportere diximus Dio-
 nyssiacos cantores sexaginta annos natos, rhythmorum naturas
 harmoniarumque constitutiones acute sentire: ut in cantibus,
 affectus animi imitantibus, prohi animi imitationes, ab imi-

μὲν ἀποβάλλῃ, τὰ δὲ προφέρων εἰς μέσον, ὑμῆ καὶ ἐπάδη
ταῖς τῶν νέων ψυχαῖς, προκαλούμενος ἐκάστους εἰς ἀρετῆς
ἐπεσθαι κτῆσιν, συνακολουθοῦντας διὰ τῶν μιμήσεων. ΚΛ.

- d. Ἀληθέστατα λέγεις. ΑΘ. Τούτων τοίνυν δεῖ χάριν τοῖς
Φθόγγοις τῆς λύρας προσχρῆσθαι, σαφηνείας ἕνεκα τῶν
χορδῶν, τὸν τε κιθαρῖσθον καὶ τὸν παιδευόμενον, ἀποδιδόν-
τας πρόσχορδα τὰ φθέγματα τοῖς φθέγμασι τὴν δ' ἑτερο-
φωνίαν καὶ ποικιλίαν τῆς λύρας, ἄλλα μὲν μέλη τῶν χορ-
δῶν ἰσιῶν, ἄλλα δὲ τοῦ τὴν μελωδίαν ξυνθέντος ποιητοῦ
καὶ δὴ καὶ πυκνότητι μαυότητι, καὶ τάχος βραδυτήτι, καὶ
δξύτητα βαρύτητι, σύμφωνον καὶ ἀντίφωνον παρεχομένους,
e. καὶ τῶν ῥυθμῶν ὡσαύτως παντοδαπὰ ποικίλματα προσαρ-
μόττουσας τοῖσι φθόγγοις τῆς λύρας πάντα οὖν τὰ τοιαῦ-
τα μὴ προσφέρειν τοῖς μέλλουσι ἐν τρισὶν ἔτεσι τὸ τῆς μου-
σικῆς χρήσιμον ἐκλήψασθαι διὰ τάχους. τὰ γὰρ ἐναντία ἄλ-
ληλα ταραττόντα δυσμαδίαν παρέχει. δεῖ δὲ ὅτι μάλισα εὐ-
μαθεῖς εἶναι τοὺς νέους. τὰ γὰρ ἀναγκαῖα, οὐ σμικρὰ οὐδ'
ὀλίγα αὐτοῖς ἐσι προστεταγμένα μαθήματα. δείξει δὲ αὐτὰ

tationibus improbi discernere possint : & has quidem reiiciant ,
illas in medium deductas adolescentum auribus concinant ,
trahantque eorum animos, imitatione quadam perductos, ad
virtutis ipsius possessionem. *Cli.* Vera loqueris. *Athen.* Qua-
propter citharistam discipulumque eius oportet lyrae vocibus
uti eius expressionis gratia, quae ex canoris fidibus provenit,
& vocibus voces consonas reddere. diversitatem vero varie-
tatemque lyrae, cum alios fides modulos reddant, alios
poëta cantus ipsius auctor, ut spissitudinem praeterea raritati,
velocitatem tarditati, acumen gravitati, & omnino conso-
num simul & dissonum praestet, rhythmorumque universa
varietas lyrae vocibus accommodetur, afferre illis non licet,
qui triennio utilitatem musicae sunt facile percepturi. con-
traria enim cum se invicem confundant, difficile discuntur.
Oportet autem, ut facile iuvenes discant. nam nec parva, nec
pauca sunt, quae necessario illis perdiscenda mandamus. haec

κροῖων ὁ λόγος ἅμα τῷ χρόνῳ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω περὶ
 τῆς μουσικῆς ἡμῖν ὁ παιδευτῆς ἐπιμελείσθω. τὰ δὲ μελῶν
 αὐτῶν αὖ καὶ ῥημάτων, οἷα τοὺς χοροδιδασκάλους καὶ ἅ
 δεῖ διδάσκειν, καὶ ταῦτα ἡμῖν ἐν τοῖς πρόσθεν διείρηται πάν- P.
813
a.
 τα. ἅ δὲ καθιερωθέντα ἔφαμεν δεῖν ταῖς ἑορταῖς ἕκαστα ἀρ-
 μόττουτα, ἡδονὴν εὐτυχῆ ταῖς πόλεσι παραδιδόντα ὠφελεῖν.
 ΚΛ. Ἀληθῆ καὶ ταῦτα διείρηκας. ΑΘ. Ἀληθῆστα τοίνυν
 καὶ ταῦθ' ἡμῖν παραλαβῶν ὁ περὶ τὴν μουσικὴν ἀρχῶν αἰρε-
 σθεὶς, ἐπιμελείσθω μετὰ τύχης εὐμενοῦς. ἡμεῖς δὲ ὀρχήσεώς
 τε πέρι καὶ ὄλης τῆς περὶ τὸ σῶμα γυμνασικῆς, πρὸς τοῖς
 ἔμπροσθεν εἰρημέμοις, ἀποδῶμεν' καθάπερ μουσικῆς τὸ δι- b.
 ὀσκαλικὸν ὑπόλοιπον ὃν ἀπέδομεν, ὡσαύτως ποιῶμεν καὶ
 γυμνασικῆς. τοὺς γὰρ παῖδάς τε καὶ τὰς παῖδας ὀρχεῖσθαι
 δεῖ καὶ γυμνάζεσθαι μακρᾶνειν. ἢ γὰρ; ΚΛ. Ναί. ΑΘ.
 Ταῖς μὲν τοίνυν παισίν, ὀρχησαί, ταῖς δὲ ὀρχηστρίδες ἂν εἶεν,
 πρὸς τὸ διαπνεεῖν οὐκ ἀνεπιτηδείότερον. ΚΛ. Ἔσω δὲ ταῦτη.
 ΑΘ. Πάλιν δὲ τὸν τὰ πλείστα ἔξοντα πράγματα καλῶμεν
 τὸν τῶν παιδῶν ἐπιμελητὴν, ὃς τῶν τε περὶ μουσικῆν τῶν τε c.

autem oratio progrediens cum tempore simul ostendet. Haec
 de musica doctores procurent. quae vero verba cantufve
 chorearum magistri docere debeant, ea nobis in superioribus
 distincta sunt, quae dedicanda commode solemnitatibus dixi-
 mus, ut una cum felici oblectamento utilitatem quoque civi-
 tatibus praebeant. *Cli.* Vere haec etiam distinxisti. *Athen.*
 Haec itaque vere distincta electus ad Musam magistratus sus-
 cipiat, curetque feliciter. Nos vero, sicut musicae docendi
 modum, qui restabat, adiecimus, ita nunc saltationi & uni-
 versae corporis gymnasticae, cum idem reliquum sit, idem
 quoque adiciamus. pueros etenim puellasque oportet tripu-
 dium & gymnasticam discere. nonne? *Cli.* Sic oportet. *Athen.*
 Saltandi igitur magistri pueris, ac puellis magistrae dentur,
 ut his apte exercentur. *Cli.* Dentur profus. *Athen.* Rursus
 virum illum plurima negotia subiturum, vocemus pueritiae
 curatorem: qui, cum & musicae & gymnasticae curam ha-

περὶ γυμνασικὴν ἐπιμελούμενος οὐ πολλὴν ἔξει σχολήν. ΚΛ.
 Πῶς οὖν δυνατὸς ἔσαι, πρεσβύτερος ἂν, τοσούτων ἐπιμελεῖ-
 σθαι; ΑΘ. Ῥαδίως, ὦ Φίλε. ὁ νόμος γὰρ αὐτῷ δέδωκε καὶ
 δώσει προσλαμβάνειν εἰς ταύτην τὴν ἐπιμέλειαν τῶν πολι-
 τῶν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν οὓς ἂν ἐθέλῃ. γνώσεται δὲ οὓς
 δεῖ, καὶ βουλήσεται μὴ πλημμελεῖν εἰς ταῦτα, αἰδούμενος
 d. ἐμφρόνως καὶ γιγνώσκων τῆς ἀρχῆς τὸ μέγεθος λογισμῶ
 τε ξυνῶν, ὡς εὔ μὲν τραφέντων καὶ τρεφομένων τῶν νέων,
 πάντα ἡμῖν κατ' ὀρθὸν πλεῖ· μὴ δὲ, οὔτ' εἰπεῖν ἄξιον, οὔδ'
 ἡμεῖς λέγομεν, ἐπὶ καινῇ πόλει τοὺς σφόδρα φιλομαντευτάς
 σεβόμενοι. πολλὰ μὲν οὖν ἡμῖν καὶ περὶ τούτων εἰρηται τῶν
 περὶ τὰς ὀρχήσεις καὶ περὶ πᾶσαν τὴν τῶν γυμνασίων κίνη-
 σιν. γυμνάσια γὰρ τίθεμεν καὶ τὰ περὶ τὸν πόλεμον ἅπαν-
 τα τοῖς σώμασι διαπονήματα, τοξικῆς τε καὶ πάσης ῥίψεως,
 e. καὶ πελτασικῆς καὶ πάσης ὀπλομαχίας, καὶ διεξόδων τακτι-
 κῶν, καὶ ἀπάσης πορείας στρατοπέδων καὶ στρατοπεδεύσεων,
 καὶ ὅσα εἰς ἵππικὴν μαδῆματα ἐπιτείνει. πάντων γὰρ τού-
 των διδασκάλους τε εἶναι δεῖ κοινοὺς, ἀρνημένους μισθὸν

beat, nunquam otio abundabit. *Cli.* At quo pacto tantam, cum senior sit, curam sufferre poterit? *Athen.* Facile, o amice. lex enim ipsi concessit, concedetque, ut ad eam curam, quos velit civium, & virorum, & mulierum, accipiat socios. ille autem, qui deligendi sint, cognoscet, voletque socios probos deligere, cum magistratus ipsius magnitudinem prudenter & cognoscat & vereatur, nec ignoret, quod si pueritia recte educata sit, educeturque, omnis in vita recta sit navigatio. fin contra, quid sequatur, nec dictu dignum est, neque nos dicimus, perniciosum in civitatem novam omen fugientes. Multa iam de saltatione, deque omni motu gymnastico diximus. Gymnasia enim omnes etiam exercitationes bellicas appellamus, ut sagittandi, iaculandi: peltasticen quoque, & omnes armatorum dimicationes, acierum ordinationes, ductiones exercitus, castrorum positiones, & quaecunque ad equestrem pertinent disciplinam. quorum omnium publicos oportet esse

παρὰ τῆς πόλεως καὶ τούτων μαθητὰς, τοὺς ἐν τῇ πόλει
 παῖδάς τε καὶ ἀνδρας καὶ κόρας καὶ γυναῖκας, πάντων
 τούτων ἐπιτήμονας. κόρας μὲν οὖσας ἔτι, πᾶσαν τὴν ἐν
 ὄπλοις ὄρχησιν καὶ μάχην μεμελετηκυίας· γυναῖκας δὲ,
 διεξέδωκεν καὶ τάξεων καὶ θέσεως καὶ ἀναιρέσεως ὄπλων ἡ- p.
 μένας εἰ μηδενὸς ἔνεκα, ἀλλ' εἴ ποτε δεήσειε πανδημεί πείσῃ 814
 τῇ δυνάμει καταλείποντας τὴν πόλιν ἔξω στρατεύεσθαι, τοὺς a.
 φυλάξοντας παῖδάς τε καὶ τὴν ἄλλην πόλιν ἱκανοὺς εἶναι
 τότε τοσοῦτον. ἢ καὶ τοῦναντίον, ὧν οὐδὲν ἀπώμοτον, ἔξω-
 θεὺν πολεμίους εἰσπεσόντας βίωμῃ τινὶ μεγάλη καὶ βία, βαρ-
 βάρους εἴτε Ἑλλήνας, ἀνάγκην παρασχεῖν περὶ αὐτῆς τῆς
 πόλεως τὴν διαμάχην γίνεσθαι, πολλή που κακία πολι-
 τείας, οὕτως αἰσχυρῶς τὰς γυναῖκας εἶναι τετραμμένας, ὡς b.
 μὴδ' ὥσπερ ὄρνιθας περὶ τέκνων μαχομένας πρὸς ὀτιοῦν τῶν
 ἰσχυροτάτων θηρίων, θέλει ἀποθνήσκειν τε καὶ πάντας κιν-
 δύνους κινδυνεύειν· ἀλλ' εὐθὺς πρὸς ἱερὰ φερομένας, πάντας
 βωμοὺς τε καὶ ναοὺς ἐμπιπλάναι καὶ δόξαν τοῦ τῶν ἀνδρώ-
 πων γένους καταχεῖν, ὡς πάντων δειλότατον φύσει θηρίων

magistros a civitate conductos, qui pueros & puellas, viros
 & mulieres doceant, ut omnes, qui in civitate sunt, haec
 omnia sciant. & puellae quidem saltare pugnareque cum armis
 consuefcant: mulieres autem castra movere, ordines struere,
 τε καὶ ἐν ῥήμασι καὶ ἐν μέλεσιν ᾄδοντες, ὡς εἰκὸς, κηλήσ- c.
 μεν; ΚΛ. Ποίας; ΑΘ. Τῆς τῶν ἡδονῶν νίκης ἐγκρατεῖς
 ὄντας ἀν ζῆν εὐδαιμόνως ἠττωμένους δὲ, τοῦναντίον ἅπαν.

que certamina, artificioso circa haec studio temperantiam si-
 mul & fortitudinem animi consecutus, nullam unquam in toto
 exercitationis suae tempore Venerem cognovit? Idem quo-
 que de Cryffone, Astyllo, & Diopompo, aliisque quam plu-
 rimis fertur. quamquam, o Clinia, multo peius animos ho-
 nis artibus excoluerant, quam tui meique cives: corporibus
 certe multo magis vigeabant. *Cli.* Vera narras, quod a priscis
 ista ab athletic facta fuisse praedicantur. *Athen.* Illi igitur, ut
 luctando & currendo, ceterisque huiusmodi vincerent alios,
 ab ea voluptate, quae beata vulgo existimatur, abstinere vo-
 luerunt: nostri adolescentes, victoriae causa longe praestan-
 tioris, non poterunt? quam nos carminibus fabulisque, & so-
 luta oratione, & cantibus esse optimam pueris statim a teneris
 occinemus, & ut verisimile est, oblectando persuadebimus. *Cli.*
 Quam victoriam dicis? *Athen.* Ut voluptate, inquam, victa fe-
 liciter vivant: victi autem, contra. Praeterea metus ille, ne,

πρὸς δὲ τούτοις, ἔτι φόβος ὁ τοῦ μηδαμῆ μηδαμῶς ὄσιν αὐτὸ εἶναι, δύναμιν ἡμῶν οὐκ ἄρα ἔξει κρατεῖν ὧν ἄλλοι κερρατήμασι, τούτων ὄντες χεῖρονες; ΚΛ. Εἰκός γ' οὔν. ΑΘ.
 Ἐπειδὴ τοίνυν ἐταῦθα ἐσμὲν τούτου τοῦ νόμου πέρι, διὰ
 α. κάκην δὲ τὴν τῶν πολλῶν εἰς ἀπορίαν ἐπέσομεν, Φημί τὸ μὲν ἡμέτερον νόμιμον ἀτεχνῶς δεῖν περὶ αὐτῶν τούτων πορεύεσθαι, λέγων ὡς οὐ δεῖ χεῖρονες ἡμῶν εἶναι τοὺς πολίτας ὀρνίθων καὶ θηρίων ἄλλων πολλῶν· οἱ κατὰ μεγάλας ἀγέλας γενηθέντες, μέχρι μὲν παιδογονίας ἡῖθεοι καὶ ἀκήρατοι γάμων τε ἀγνοοὶ ζῶσιν ὅταν δ' εἰς τοῦτο ἡλικίας ἔλθωσιν, συνδυασθέντες ἄβρην θηλεία κατὰ χάριν καὶ θήλεια ἄβρην, τὸν λοιπὸν χρόνον ὁσίως καὶ δικαίως ζῶσιν, ἐμμένοντες βεβαίως ταῖς
 β. πρώταις τῆς Φιλίας ὁμολογίαις. δεῖν δὲ θηρίων γε αὐτοὺς ἀμείνους εἶναι. ἐὰν δ' οὔν ὑπὸ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων τῶν πλείων διαφθεῖρωνται, τὴν λεγομένην ἀτακτου ἀφροδίτην ἐν αὐτοῖς ὀρῶντες τε καὶ ἀκούοντες μέγιστον δυναμένην, καὶ οὕτω δὴ μὴ δυνατοὶ γίνωνται κατακρατεῖν, δεύτερον νόμον ἐπ' αὐτοῖς μηχανᾶσθαι χρὴ τοὺς νομοφύλακας

quod minime fas est, committatur, nonne ad idem potissimum conferet, ut ea videlicet superent, quae alii, quamvis deteriores, superasse dicuntur? *Cl.* Consentaneum id quidem. *Athen.* Postquam huc in lege hac ferenda devenimus, & propter multorum pravitatem in dubitationem incidimus, audacter iam manifesteque dicamus, non oportere, ut cives nostri avibus multisque belluis sint peiores. permultos enim greges ipsarum videmus integre atque caste, antequam procreandi tempus advenerit, vivere: sed cum hanc aetatem attigerint, mas feminae & femina mari coniunctae, iuste sancteque in prima perseverantes amicitia, reliquam peragunt vitam. Oportet igitur, esse eos bestiis meliores. quod si a ceteris Graecis barbarisque plurimis corrumpantur, nec possint se continere, cum videant audiantque inordinatam apud eos Venerem plurimum posse: alteram praeterea legem custodes legum, ad ferendas leges auctoritatem nacti, excogitent.

νομοθέτας γενομένου. ΚΛ. Τίνα δὴ συμβουλεύεις αὐτοῖς τί-
 θεσθαι νόμον, ἐὰν ὁ νόμιθέμενος αὐτοὺς ἐκφύγη; ΑΘ. Δῆλον
 ὅτι τὸν ἐχόμενον τούτου δεύτερον, ὦ Κλεινία. ΚΛ. Τίνα λέ-⁸⁴¹
 γεις; ΑΘ. Ἀγύμναστον ὅτι μάλιστα ποιεῖν τῆν τῶν ἡδονῶν βίω-^{a.}
 μιν, τὴν ἐπίχυσιν καὶ τροφήν αὐτῆς διὰ πόνων ἄλλασσε τρέπου-
 τα τοῦ σώματος. εἴη δ' ἂν τοῦτο, εἰ ἀναιδεια μὴ ἐνεῖη τῇ τῶν
 ἀφροδισίων χρήσει. σπανίω γὰρ αὐτῷ τοιοῦτῳ δι' αἰσχύνην
 χρώμεναι, ἀπθηνεζέραν ἢ αὐτὴν δέσποιναν κτῶντο, ὀλιγά-^{b.}
 κισ χρώμενοι. τὸ δὲ λαμβάνειν τούτων δρῶντά τι, καλὸν παρ'
 αὐτοῖς ἔσω νόμιμον, ἔθει καὶ ἀγράφῳ νομισθὲν νόμῳ τὸ δὲ
 μὴ λαμβάνειν, αἰσχροῦν. ἀλλ' οὐ τὸ μὴ πάντως δρᾶν οὕτω,
 τοῦτο αἰσχροῦν αὐτῷ. καὶ καλὸν δευτέρως ἂν ἡμῖν ἐν νόμῳ γενό-
 μενον κείτο, δρθότητα ἔχον δευτέραν καὶ τοὺς τὰς φύσεις
 διεφθαρμένους, οὓς ἤττους αὐτῶν προσαγορεύοιμεν, ἐν γένος
 ὄν, περιλαβὸν τὰ τρία γένη, βιάζοιτ' ἂν μὴ παρανομεῖν. ΚΛ. ^{c.}
 Ποῖα δὴ; ΑΘ. Τό, τε θεοσεβὲς ἅμα καὶ φιλότιμον, καὶ τὸ
 μὴ τῶν σαμάτων ἀλλὰ τῶν τρόπων τῆς ψυχῆς ὄντων καλῶν
 γεγονὸς ἐν ἐπιθυμίᾳ. ταῦτα δὲ καθάπερ ἴσως ἐν μύθῳ τανῦν
 λεγόμεν' εἰν εὐχαί πολύ γε μὴν ἄριστα, εἴπερ γίγνοιτο ἐν

Cli. Quam modo ferre legem consulis, si hanc non susceperint? *Athen.* Quae hanc, o Clinia, sequitur. *Cli.* Quenam illa est? *Athen.* Ut quam maxime laboribus corporis Veneris robur infringant, & alio vires suas convertant. Quod erit, si non impudenter ipsa utentur. nam si rarius propter ruborem id fiat, imbecillior erit domina. Clam ergo consuetudo & lex non scripta haec fieri suadeat: contra autem fieri, velut turpe dissuadeat: turpeque sic omnino agere. Sic enim & fecundo servabimus honestum loco: & genus unum hominum, tria genera continens, homines depravatae naturae, quos sui dominos esse negamus, coget utique, ne leges contemnant. *Cli.* Quae tria genera? *Athen.* Cultores, inquam, Deorum, honoris amatores, & qui non corporum, sed animi morum pulchritudinem diligunt. haec quasi per fabulam dicta, votoque similia: multum tamen civitatibus omnibus, si ea servare

- πάσαις πόλεσι, γίγνοιτο ἄν. τάχα δ' ἄν, εἰ θεὸς ἐθέλοι, καὶ ἄν
- d. δυοῖν θάτερα βιασαίμεθα περὶ ἔρωτικῶν ἢ μηδένα τολμᾶν
μηδενὸς ἄπτεισθαι τῶν γενναίων ἄμα καὶ ἐλευθέρων, πλὴν
γαμετῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς, ἄθυστα δὲ παλλακῶν σπέρματα
καὶ νόθα μὴ σπείρειν, μηδὲ ἄγρονα ἀρρένων παρὰ φύσιν ἢ τὸ
μὲν τῶν ἀρρένων πάμπαν ἀφελοίμεθ' ἄν τὸ δὲ γυναικῶν, εἴ
τις συγγίγνοιτο τινί, πλὴν ταῖς μετὰ θεῶν καὶ ἱερῶν γάμων
ἐλθούσαις εἰς τὴν οἰκίαν, ὠνηταῖς, εἴτε ἄλλω ἑτφοῦν τρόπῳ
- e. κτηταῖς, μὴ λαμβάνων ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας πάσας τάχ' ἄν
ἄτιμον αὐτὸν τῶν ἐν τῇ πόλει ἐπαίων νομοθετοῦντες, ὀρ-
θῶς ἄν δόξαιμεν νομοθετεῖν, ὡς ὄντως ὄντα ξενικόν. οὗτος
δὲ νόμος, εἴτε εἷς, εἴτε δύο αὐτοὺς χρὴ προσαγορεύειν, κεί-
σθω περὶ ἀφροδισίων καὶ ἀπάντων τῶν ἐρωτικῶν, ὅσα πρὸς
- P. ἀλλήλους διὰ τὰς τοιαύτας ἐπιθυμίας ὀμιλοῦντες, ὀρθῶς τε
842 καὶ οὐκ ὀρθῶς πράττομεν. ΜΕΓ. Καὶ τοίνυν, ὦ ξένη, ἐγὼ
a. μὲν σοι σφόδρα δεχοίμην ἄν τοῦτον τὸν νόμον· ὅδε δὲ Κλει-
νίας, αὐτὸς φραζέτω τί ποτε περὶ αὐτῶν διανοεῖται. ΚΛ.
Ἔσαι ταῦτα, ὦ Μέγилле, ὁπόταν γε δὴ μοι δόξη τις παρα-
πεπτωκέναί καιρός· νῦν μὴν ἐῷμεν τὸν ξένον ἔτι εἰς τὸ πρό-

potuerint, collatura. Fortasse autem, si Deus voluerit, duorum alterum in amatoriis assequemur: vel ut nemo generosas liberaeque mulieres, praeter uxorem, audeat tangere; nec ullus notus ex concubina fuscipiat; nec infoecundos marium agros praeter naturam ferat: vel alterum quidem omnino tollemus, ne quis cum maribus congregiatur. Si quis autem aliis mulieribus commisceatur, quam cum his, quae cum Diis sacrisque nuptiis domum venerunt, emtis videlicet, vel alio quocunque modo acquisitis: nisi viros simul mulieresque omnes lateat, infamis lege, omnibusque civitatis honoribus, ceu peregrinus aliquis, privatus sit. Haec lex, sive simplex, sive duplex sit, de rebus venereis amatoriisque omnibus, quas inter nos propter huiusmodi affectus recte, vel non recte agimus, lata sit. Meg. Ego equidem hanc legem valde probo. Clinia vero hic, quid sibi videtur, nobis aperiat. Cli. Faciam, o Megille,

οἶον προΐεναι τῶν νόμων. ΜΕΓ. Ὁρθῶς. ΑΘ. Ἀλλὰ μὴ
 νῦν γε προΐοντες ἤδη, σχεδὸν ἐσμὲν ἐν τῷ κατεσκευάσθαι b.
 μὲν ξυσσιτία. ὃ φαμὲν ἄλλοθι μὲν ἂν χαλεπὸν εἶναι, ἐν
 Κρήτῃ δὲ οὐδεὶς ἄλλως ἂν ὑπολάβοι δεῖν γίγνεσθαι. τὸ δὲ
 τίνα τρόπον, πότερον ὡς ἐνθαδε, ἢ καθάπερ ἐν Λακεδαιμόνι,
 ἢ παρὰ ταῦτα ἐστὶ τι τρίτον εἶδος ξυσσιτικῶν ἀμφοῖν τούτων
 ἀμεινον ἂν ἔχον, τοῦτο οὐτ' ἐξευρεῖν μοι χαλεπὸν εἶναι
 δοκεῖ, μέγα τε ἀγαθὸν εὐρηθὲν οὐδὲν ἀπεργάσεσθαι. καὶ γὰρ
 νῦν ἐμμελῶς ἔχει κατεσκευασμένα. Τούτοις δ' ἐστὶν ἀκόλου- c.
 θον, ἢ τοῦ βίου κατασκευὴ τίν' αὐτοῖς ἂν τρόπον ἐποίτο. βίος
 δὲ ἄλλαις μὲν πόλεσι παντοδαπὸς ἂν καὶ πολλαχόθεν εἴη
 μάλιξ δὲ ἐκ διπλάσιων ἢ τούτοις. ἐκ γῆς γὰρ καὶ ἐκ θαλάτ-
 τῆς τοῖς πλείοσι τῶν Ἑλλήνων ἐστὶ κατεσκευασμένα τὰ περὶ
 τὴν τροφήν· τούτοις δὲ, μόνον ἐκ γῆς. τῷ μὲν οὖν νομοθέτῃ
 τοῦτο ῥᾶον. οὐ γὰρ μόνον ἡμίσεις αὐτὸ γίνονται νόμοι μέ-
 τριοι, πολὺ δ' ἐλάττους, ἔτι δ' ἐλευθέροις ἀνθρώποις μᾶλλον d.
 πρέποντες. ναυκληρικῶν μὲν γὰρ καὶ ἐμπορικῶν, καὶ καπη-

cum occasio dabitur. nunc autem finamus hospitem ulterius
 in ferendis legibus progredi. Meg. Probe. Athen. Sed adeo
 iam progressi sumus, ut ad convivia devenerimus. quam
 quidem rem alibi difficilem esse diximus: in Creta autem ne-
 mo frustra existimabit fieri oportere. Quomodo autem? utrum
 ut hic, aut quemadmodum apud Lacedaemonios, an tertius
 quidam modus utrisque his melior inveniatur, nec inventu dif-
 ficile id mihi videtur, nec, inventum cum fuerit, maxime pro-
 futurum. enimvero concinne & nunc constituta videntur. Se-
 quitur nunc, ut, victus quomodo haberi possit, dicamus. Vi-
 ctus in aliis civitatibus multiplex, variisque ex locis, maxime
 vero duplici ex loco in ceteris comparatur. nam ex mari ac
 terra plurimis Graecorum civitatibus advehitur, cum istis
 terra solummodo advehatur. quae res legumlatori facilior.
 multo enim minor, quam dimidia pars legum sufficiet. prae-
 terea convenientiores liberis hominibus leges ponentur. nava-
 lium enim & mercatorum, cauponum, diversorii, publicano-

λευτικῶν καὶ πανδοκείσεων καὶ τελωνικῶν καὶ μεταλλειῶν, καὶ δανεισμῶν καὶ ἐπιτόκων τόκων, καὶ ἄλλων μυρίων τοιούτων τὰ πολλὰ ἀπήλλακται, χαίρειν αὐτοῖς εἰπὼν, ὃ περὶ ταύτην τὴν πόλιν νομοθέτης· γεωργοῖς δὲ καὶ νομεῦσι καὶ μελιττουργοῖς καὶ τοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα φυλακτηρίοις τε καὶ ἐπιστάταις ὄρ-
 e. γάνων νομοθετήσῃ, τὰ μέγιστα ἤδη νενομοθετηκώς περὶ γά-
 μους ἅμα καὶ γενέσεις παιδῶν καὶ τροφᾶς, ἐτι δὲ καὶ παι-
 δείας, ἀρχῶν τε κατασάσεις ἐν τῇ πόλει. νῦν δ' ἐπὶ τοὺς τὴν
 τροφήν καὶ ὅσοι περὶ αὐτὴν ταύτην συνδιαπονοῦσιν, ἀναγκ-
 αῖον νομοθετοῦντα ἐστὶ τρέπεσθαι. Πρῶτον δὴ νόμοι ἔσωσαν
 λεγόμενοι τούνομα γεωργικοὶ Διὸς ὀρίου μὲν πρῶτος ὄδε νό-
 μος εἰρήσθω· μὴ κινεῖτω γῆς ὄρια μηδεὶς, μήτε οἰκείου πολί-
 του γείτονος, μήτε ὁμοτέρμονος, ἐπ' ἔσχατιᾶς κερκτημένος.
 p. ἄλλω ξένω γειτοῶν νομίσας τὸ τᾶκνῆτα κινεῖν ἀληθῶς.
 §43 a. τοῦτο εἶναι βουλέσθω δὲ πᾶς πέτρον ἐπιχειρῆσαι κινεῖν τὸν
 μέγιστον ἄλλον, πλὴν ὄρον μᾶλλον ἢ σμικρὸν λίθον, ὀρίζοντα
 Φιλίαν καὶ ἔχθραν ἑνορικὸν παρὰ θεῶν. τοῦ μὲν γὰρ, ὁμόφυ-
 λος Ζεὺς μάρτυς· τοῦ δὲ, ξένιος· οἱ μετὰ πολέμων τῶν ἐχθρί-

rum, permutationum, fodinarumque metallicarum, & mutui, & foenoris, ac mille huiusmodi leges, ferre non admodum cogitur. Quare in civitate hac nostra legum conditor, his ommissis, dumtaxat agricolis, pastoribus, apum curatoribus, taliumque custodibus, atque ministris, leges dabit: cum de nuptiis, liberorumque procreatione, educatione, disciplina, magistratuumque designatione, maxima ex parte tractaverit. Nunc ergo ad leges de victu, deque iis, qui labore suo ipsum parant, venire necesse est. Et agriculturae leges primo ponantur. primaque terminalis Iovis haec: Nemo fines atque terminos agri moveat, nec civis vicini, nec finitimi peregrini, si agri extrema possideat: sed putet id esse verum, quod dici solet, Hic immobilia movet: malitque unusquisque saxum ingens movere, quam parvum lapidem, iureiurando a Diis firmatum, quo amicitiae & inimicitiae terminentur. alterius enim Iuppiter contribulis, alterius hospitalis, est testis, qui hostili proelio

σαν ἐγείρονται. καὶ ὁ μὲν πεισθεὶς τῷ νόμῳ, ἀναίσθητος τῶν
 ἀπ' αὐτοῦ κακῶν γίγνοιτ' ἂν καταφρονήσας δὲ, διτταῖς δι-
 καιαῖς ἔνοχος ἔστω μίᾳ μὲν, παρὰ θεῶν, καὶ πρώτη· δευτέρα
 δὲ, ὑπὸ νόμου. μηδεὶς γὰρ ἐκῶν κινεῖτω γῆς ὄρια γειτόνων **b.**
 ὅς δ' ἂν κινήσῃ, μηρυέτω μὲν ὁ βουλούμενος τοῖς γεωμόροις,
 οἱ δὲ εἰς τὸ δικαστήριον ἀγόντων. ἦν δὲ τις ὄφλη τὴν τοιαύτην
 δίκην, ὡς ἀνάδασον γῆν λάθρα καὶ βία ποιοῦντος τοῦ ὄφλου-
 τος, τιμᾶτω τὸ δικαστήριον ὅ, τι ἂν δέῃ πάσχειν ἢ ἀποτινεῖν
 τὸν ἠττηθέντα. τὸ δὲ μετὰ τοῦτο, βλάβαι πολλαὶ καὶ σμι-
 κραὶ γειτόνων γιγνόμεναι, διὰ τὸ θαμίζειν, ἔχθρας ὄγκον
 μέγαν ἐντίκτουςαι, χαλεπὴν καὶ σφόδρα πικρὰν γειτονίαν **c.**
 ἀπεργάζονται. διὸ χρὴ πάντως εὐλαβεῖσθαι, γείτονα γείτονα
 μηδὲν ποιεῖν διάφορον, τῶν τε ἄλλων πέρι, καὶ δὴ καὶ ἐπερ-
 γασίας ξυμπάσης, σφόδρα αἰεὶ διευλαβούμενον. τὸ μὲν γὰρ
 βλάπτει, οὐδὲν χαλεπὸν, ἀλλ' ἀνθρώπου παντός· τὸ δ' ἐπω-
 φελεῖν, οὐδαμῆ ἀπαντος. ὅς δ' ἂν ἐπεργάζηται τὰ τοῦ γεί-
 τονος, ὑπερβαίνων τοὺς ὅρους, τὸ μὲν βλάβος ἀποτινέτω τῆς
 δὲ ἀναιδείας ἅμα καὶ ἀνελευθερίας ἕνεκα ἰατρευόμενος, δι-
 πλάσιον τοῦ βλάβους ἄλλο ἐκτισάτω τῷ βλαφθέντι. τούτων **d.**

semper insurgunt. Qui legi obtemperat, indemnus utique fit :
 qui eam despexerit, duplices poenas luat : primo quidem, Deo
 vindice ; deinde lege, quae iubet, ut nemo sponte vicini agri
 terminos moveat, cum vero, qui moverit, quicumque volue-
 rit, ad agricolas deferat, agricolae ad iudicium ducant : a
 quo damnatus, utpote terminorum clam vique turbator, red-
 dat, patiaturque, prout iudices iudicaverint. Multa deinde
 parvaeque damna, in vicinia saepius ac saepius facta, magnas
 inimicitias pariunt, & vicinitatem difficilem & amaram reddunt.
 Propterea caveat vicinus, ne vicino noceat, cum in aliis, tum
 vel maxime in agris colendis, nocere namque non difficile,
 sed cuiuslibet hominis est : prodesse vero, non cuiuslibet. Qui-
 cunque vero fines egressus, vicini coluerit agros, damnatum
 restituat, & impudentiae atque illiberalitatis poenas luat : du-
 plumque loco mulctae ipsi deponat, cuius agrum coluit. Co-

- δὲ καὶ ἀπάντων τῶν τοιούτων ἐπιγνώμονες τε καὶ δικασταὶ καὶ τιμηταὶ γιγνέσθων ἀγρονόμοι τῶν μὲν μειζόνων, καθάπερ ἐν ταῖς πρόσθεν εἴρηται, πᾶσαι ἢ τοῦ δωδεκατημορίου τάξις τῶν ἐλαττόνων δὲ, οἱ Φρούραρχοι τούτων. καὶ ἐὰν τις βροσκήματα ἐπινέμη, τὰς βλάβας ὀρώντες, κρινόντων, καὶ τιμώντων. καὶ ἐὰν ἐσμούς ἀλλοτρίους σφετερίζῃ τις, τῇ τῶν
- c. μελιττῶν ἡδονῇ ξυνεπόμενος, καὶ κατακρούων οὕτως οἰκειῶνται, τινέτω τὴν βλάβην. καὶ ἐὰν πυρεύων τὴν ὕλην μὴ διευλαβηθῇ τῶν τοῦ γείτονος, τὴν δόξασαν ζημίαν τοῖς ἀρχουσι ζημιούσθω. καὶ ἐὰν φυτεύων μὴ ἀπολείπῃ τὸ μέτρον τῶν τοῦ γείτονος χωρίων, καθάπερ εἴρηται καὶ πολλοῖς νομοθέταις ἰκανῶς. ὣν τοῖς νόμοις χρὴ προσχρῆσθαι, καὶ μὴ πάντα ἀξιῶν πολλὰ καὶ σμικρὰ, καὶ τοῦ ἐπιτυχόντος νομοθέτου
- p. γιγνόμενα, τὸν μείζω πόλεως κοσμητὴν νομοθετεῖν. ἐπεὶ καὶ
- 844 τῶν ὑδάτων περὶ γεωργούσι παλαιὰ καὶ καλοὶ νόμοι κείμενοι, οὐκ ἄξιοι παροχρετεύειν λόγοις. ἀλλ' ὁ βουλευθεὶς ἐπὶ τὸν αὐτοῦ τόπον ἄγειν ὕδωρ, ἀγέτω μὲν ἀρχόμενος ἐκ τῶν κοινῶν ναμάτων, μὴ ὑποτέμνων πηγὰς Φανερὰς ἰδιώτου μη-

gnitores vero & iudices censoresque huius rei, agrorum curatores sint: in maioribus quidem, ut supra dictum est, universus duodecimae partis ordo; in minoribus vero, qui custodiis praesunt. Si quis pascuis noceat, illi, consideratis damnis, iudicent atque condemnent. Si aliena examina quis persequitur, atque aera pulsans delectatione apes ad se trahit, damnum restituat. Si quis ignem in materiam sic immiserit, ut vicino non caverit, prout magistratibus videbitur, condemnentur. Similiter, qui in plantando mensuram vicini agri non reliquit, ita plectatur, ut a plerisque legumlatoribus sufficienter id dictum. quorum legibus uti debemus, nec putare, multa & minima, quae cuiuslibet legumlatoris sunt, a maiori civitatis conditore esse fancienda. nam & de aquis priscae leges & bonae agricolis constitutae sunt, quae profecto recitatione derivandae non sunt. Sed qui aquam ad sua voluerit ducere, a publicis fontibus ita deducat, ut nullius privati manife-

θεός. ἢ δ' ἂν βούληται ἄγειν, πλὴν δι' οἰκίας ἢ ἱερῶν τινῶν ἢ καὶ μνημάτων, ἀγέτω, μὴ βλάπτων, πλὴν αὐτῆς τῆς ὀχεταιγωγίας. αὔδρια δὲ εἴτισι τόποις ξύμφυτος ἐκ γῆς τὰ ἐκ Διὸς ἰόντα ἀποσέγει νόματα, καὶ ἐλλείπει τῶν ἀναγκαίων b. πομάτων, ὀρυττέτω μὲν ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ, μέχρι τῆς κερამίτιδος γῆς· ἐὰν δ' ἐν τοῦτῳ τῷ βάλθῃ μηδαμῶς ὕδατι προστυγχάνῃ, παρὰ τῶν γειτόνων ὑδρευέσθω, μέχρι τοῦ ἀναγκαίου πόματος ἐκάστοις τῶν οἰκετῶν. ἐὰν δὲ δι' ἀκριβείας ἢ καὶ τοῖς γείτοσι, τάξιν τῆς ὑδρείας ταξάμενος παρὰ τοῖς ἀγρονόμοις, ταύτην ἡμέρας ἐκάστης κομιζόμενος, οὕτω κοινωκεῖτω τοῖς γείτοσιν ὕδατος. ἐὰν δὲ ἐκ Διὸς ὕδατα γιγνόμενα, c. τὸν ἐπάνω γεωργοῦντα ἢ καὶ ὁμότοιχον οἰκοῦντα τῶν ὑποκάτω βλάβη τις, μὴ δίδου ἐκροῆν, ἢ τοῦναντίου ὁ ἐπάνω, μεθίεις εἰκὴ τὰ ρεύματα, βλάβη τὸν κάτω, καὶ περὶ ταῦτα μὴ ἐθέλωσι διὰ ταῦτα κοινωεῖν ἀλλήλοις, ἐν ἄξει μὲν, ἀπειρόμον, ἐν ἀγρῷ δὲ ἀγρονόμον ἐπάγων ὁ βουλόμενος, ταξάσθω τί ἔχρῃ ποιεῖν ἐκάτερον. ὁ δὲ μὴ ἐμμένων ἐν τῇ τάξει, Θεόνου δ' ἅμα καὶ δυσκόλου ψυχῆς ὑπεχέτω δίκην

flum fontem perturbet. deducat autem, qua velit, praeterquam per domos, aut sepulcra, aut loca Diis consecrata: nec aliud damnum inferat, nisi quod ab ipso rivulo efficitur. Quod si aquae inopia, solo insita in locis aliquibus, aquas ab Iove prodeuntes non retinet, cum necessitate quispiam opprimatur, in loco suo ad cretam usque defodiat: & si hac in profunditate nihil aquae invenerit, tantum a vicinis aquetur, quantum necessitas postulat. Sed si vicinis quoque pauca sit, aquandi modus, quo utatur quotidie, ab agri curatoribus statuatur. Si vero aquae pluviales abundant, & qui inferiores partes habitant, aut colunt, defluxum ita prohibeant, ut superioribus noceant: aut contra, si superior, inconsiderate fluere aquas permittens, inferiori noceat, & convenire inter se nequeant: in urbe quidem aedilis, in agris vero, qui agris praeest, modum imponat. quem si quis non servaverit, invidiae & perversitatis poenas persolvat: & vicino damnum in du-

- d. καὶ ὄφλων, διπλάσιον τὸ βλάβος ἀποτινέτω τῷ βλαφθέντι, μὴ ἐβελήσας τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι. Ὀπώρας δὲ χρὴ κοινω-
νίας ποιῆσθαι πάντας τοιάνδε τινά. διττὰς ἡμῖν δωρεὰς ἡ
θεὸς ἔχει χάριτος αὐτῇ τὴν μὲν, παιδείαν Διονυσιάδα
ἀθησαύριστον τὴν δ', εἰς ἀπέθειν γενομένην κατὰ φύσιν.
ἔσω δὲ περὶ ὄπώρας ὅδε νόμος ταχθεῖς. ὅς ἂν ἀγροῖκου ὄπώ-
ρας γεύσῃται βοτρυῶν, εἴτε καὶ σύκων, πρὶν ἔλθειν τὴν ὥραν
- e. τὴν τοῦ τρυγᾶν ἀρκτούρω ξύλδρομον, εἴτ' ἐν τοῖς αὐτοῦ
χωρίοις, εἴτε καὶ ἐν ἄλλων, ἱεράς μὲν πεντήκοντα ὀφειλέτα
τῷ Διούσῳ δραχμαῖς, εἰάν ἐκ τῶν ἑαυτοῦ δρέπη· εἰάν δ' ἐκ τῶν
γειτόνων, μναῖν· εἰάν δ' ἐξ ἄλλων, δύο μέρη τῆς μναῖς. ὅς δ'
ἂν τὴν γενναίαν νῦν λεγομένην σαφυλὴν ἢ τὰ γενναῖα σῦ-
κα ἐπονομαζόμενα ὄπωριζέιν βούληται, εἰάν μὲν τῶν οἰκείων
λαμβάνῃ, ὅπως ἂν ἐθέλῃ καὶ ὀπόταν βούληται δρεπέσθω·
εἰάν δ' ἐξ ἄλλων, μὴ πείσας, ἐπόμενος τῷ νόμῳ τῷ μὴ κινεῖν
- P. ὅ, τι μὴ κατέθετο, ἐκείνως ἀεὶ ζημιούσθω· εἰάν δὲ δὴ δοῦλος
845 μὴ πείσας τὸν δεσπότην τῶν χωρίων ἀπτηταί του τῶν τοιού-
a. των, κατὰ ῥᾶγα βοτρυῶν καὶ σύκων συκῆς ἰσαριθμούς πλη-
γὰς τούτοις μασιγούσθω. μέτοικος δὲ, ἠνούμενος τὴν γεν-

plo restituat. Autumni autem fructuum communis huiusmodi participatio fit. Bina nobis gratiae dona hic Deus largitur: unum Dionysiacum, quod recondi non potest: alterum vero, quod reponi aptum est. Haec igitur lex de fructibus fanciatur: Qui uvas aut ficus de rusticis fructibus ante vindemiae tempus gustaverit, quod cum arcturo concurret, quinquaginta drachmas, si de suo agro collegerit, Dionysio dedicandas persolvat: sin a vicinis acceperit, minam: sin ab aliis, duas minae partes. uvas autem ficusque, quos generosos nominavimus, neque commode recondi possunt, quomodo & quando velit, si sua haec sunt, colligat: sin vero aliena, nisi impetraverit, quoniam lex est, ut nemo moveat, quae non deposuit, qui accepit, mulctetur. Quod si servus quispiam, non persuaso agri domino, eas acceperit, pro singulis ficibus uvarumque acinis aequalia numero verbera patiatur. Inquili-

καίαν ὀπώραν, ὀπωρίζετω, ἐὰν βούληται· ἐὰν δὲ ξένος ἐπιδη-
 μήσας, ὀπώρας ἐπιθυμῆ Φαγεῖν, διαπορευόμενος τὰς ὁδοὺς,
 τῆς μὲν γενναίας ἀπτεσθῶ, ἐὰν βούληται, μεθ' ἑνὸς ἀκο-
 λούτου, χωρὶς τιμῆς, ξένια δεχόμενος· τῆς δὲ ἀγροίκου λε-
 γομένης καὶ τῶν τοιούτων ὁ νόμος εἰργέτω μὴ κοινωνεῖν
 ἡμῖν τοὺς ξένους. ἐὰν δὲ τις αἴτωρ ὦν, αὐτὸς ἢ δοῦλος ἀφίη-
 ται, τὸν μὲν δοῦλον πληγαῖς κολάζειν, τὸν δὲ ἐλεύθερον ἀπο-
 πέμπειν, νοθετήσαντα, καὶ διδάξαντα τῆς ἄλλης ὀπώρας
 ἀπτεσθαι, τῆς εἰς ἀπόθεσιν ἀσαφίδος οἴνου τε καὶ ξηρῶν σύ-
 κων ἀνεπιτηδείου κεκτῆσθαι. ἀπίων δὲ πέρι, καὶ μήλων καὶ
 ῥοῶν, καὶ πάντων τῶν τοιούτων, αἰσχροὺς μὲν μηδὲν ἔσω
 λάθρα λαμβάνειν· ὁ δὲ ληψθεῖς, ἐντὸς τριάκοντα ἐτῶν γε-
 γονῶς, τυπτεσθῶ καὶ ἀμυνέσθω, ἄνευ τραυμάτων· δίκην δ'
 εἶναι ἐλευθέρῳ τῶν τοιούτων πληγῶν μηδεμίαν. ξένῳ δὲ, καθά-
 περ ὀπώρας, ἐξέσω καὶ τῶν τοιούτων μέτοχον εἶναι. ἐὰν
 δὲ πρεσβύτερος ὦν ἀπτηται τούτων, Φαγῶν αὐτοῦ, καὶ ὑπο-
 φέρων μηδὲν, καθάπερ ὁ ξένος, ταύτη κοινωνεῖτω τῶν τοι-

nus, fructibus emtis, siquidem condi non possunt, si cupit,
 vescatur: peregrinus autem in ipso itinere, si transeat solus,
 aut cum uno tantummodo, fructus non reponendos, si ve-
 lit, hospitali cum venia gustet. alios autem gustare, quos ru-
 sticos dicimus, peregrinos quoque lex prohibeat. Sin vero
 qui condi possunt inscius tetigerit, servus quidem plectatur:
 liber autem dimittatur, admonitus, ficus uvasque solummodo,
 quae condi non valent, gustare licere; eas vero, ex quibus
 passae uvae, & vinum, & caricae fiunt, minime. Pyra vero &
 mala tum alia, tum punica, ceteraque huiusmodi, clam au-
 ferre, turpe non sit. si quis vero deprehensus fuerit, paucio-
 res annos quam triginta natus, sine vulneribus verberetur, at-
 que puniatur; nec poena ulla propter huiusmodi verbera li-
 bero sit. advenae quoque de his fructibus perinde, ac de iis,
 quos superius diximus, qui non conduntur, carpere liceat. Si
 senior quispiam comederit, nec asportaverit, ut advenae per-
 missum est, & ipse quoque omnium huiusmodi fructuum par-

- οὔτων ἀπάντων μὴ πειθόμενος δὲ τῷ νόμῳ, κινδυνεύει
 d. ἀναγώνιστος γίνεσθαι περὶ ἀρετῆς, ἔαν εἰς τότε τὰ τοιαῦτα
 περὶ αὐτοῦ τοὺς τότε κριτὰς τις ἀναμιμνήσκῃ. ὕδωρ δὲ πάν-
 των μὲν τὸ περὶ τὰς κηψείας διαφερόντως τρόφιμον, εὐ-
 διάφθαρτον δέ. οὔτε γὰρ γῆν, οὔτε ἥλιον, οὔτε πνεύματα,
 τοῖς ὕδασι ξύντροφα τῶν ἐκ γῆς ἀναβλαστανόντων, ῥάδιον
 φθεῖρειν Φαρμακεύσεσιν, ἢ ἀποτροπαῖς, ἢ καὶ κλοπαῖς· περὶ
 δὲ τὴν ὕδατος φύσιν ἐστὶ τὰ τοιαῦτα ξύμπαντα δυνατὰ γί-
 e. νεσθαι. διὸ δὲ βοηθοῦ δεῖται νόμου. ἔσω τοίνυν ὅδε περὶ αὐ-
 τοῦ ἂν τις διαφθεῖρῃ ἐκῶν ὕδωρ ἀλλότριον, εἴτε καὶ πηγαῖον
 εἴτε καὶ συναγυρτὸν, Φαρμακείαις, ἢ σκάμμασιν, ἢ κλο-
 παῖς, ὃ βλαπτόμενος δικαζέσθω πρὸς τοὺς ἀτυνόμεους, τὴν
 ἀξίαν τῆς βλάβης ἀπογραφόμενος. ἂν δὲ τις ὄφλη Φαρμα-
 κείαις τιτὶ βλάπτων, πρὸς τῷ τιμήματι καθηρότα τὰς πη-
 γὰς, ἢ τὰ γγείον τοῦ ὕδατος, ὅπῃπερ ἂν οἱ τῶν ἐξηγητῶν
 νόμοι ἀφηγῶνται δεῖν γίνεσθαι τὴν κάθαρσιν ἐκάστοτε καὶ
 ἐκάστοις. περὶ δὲ ξυγκομιδῆς τῶν ὠραίων ἀπάντων, ἐξέσω τῷ
 P. βουλομένῳ τὸ ἑαυτοῦ διὰ παντὸς τόπου κομίζεσθαι, ὅπῃ περ
 246 a. ἂν ἢ μηδὲν μηδένα ζημιοῖ, ἢ τριπλάσιον αὐτὸς κέρδος τῆς

ticeps fit. quod si legi non paruerit, ad virtutis certamen im-
 potens habeatur, si iudicibus huic rei praesidentibus tunc re-
 latum hoc fuerit. Aqua nutriendis hortis maxime omnium
 confert: sed facile corrumpi potest. terra vero, & sol, & aer,
 quae cum aqua simul ea nutriunt, quae terra nascuntur, non
 facile veneno, vel diversione, vel ablatione corrumpi pos-
 sunt. his autem modis facile aquae damnum infertur. propte-
 rea legis auxilio indiget. De hac igitur haec lex sanciat: Si
 quis sponte alienam aquam, sive scaturientem e fontibus,
 sive collectam, veneno, aut foveis, aut ablatione corruerit, ad
 aediles deferatur. ubi, si deliquisse convincitur, damnum re-
 stituat: & fontes, aut aquarum vas, ut interpretes singulis
 semper faciendam purgationem iudicant, ita purget. In ad-
 ventione autem omnium, quae ab agris colliguntur, liceat cui-
 que, res suas, qua velit, advehere, modo aut nulli damno sit;

τοῦ γείτονος ζημίας κερδαίνει. τούτων δὲ ἐπιγνώμονας τοὺς ἀρχοντας γίνεσθαι, καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων ὅσα τις ἂν ἐκὰν ἄκουσα βλάβη βίᾳ ἢ λάθρα, αὐτὸν ἢ τῶν αὐτοῦ τι, διὰ τῶν αὐτοῦ κτημάτων. πάντα τὰ τοιαῦτα τοῖς ἀρχουσι ἐπιδικεῖν, τιμωρεῖσθαι μέχρι τριῶν μῶν ὄντος τοῦ βλάβους· ἐὰν δ' ἐγκλημα τῷ μείζον ἄλλῳ πρὸς ἄλλον γίγνηται, πρὸς τὰ κοινὰ δικαστήρια φέρων τὴν δίκην, τιμωρεῖσθαι τὸν ἀδικοῦντα. ἐὰν δὲ τις τῶν ἀρχόντων δοκῇ μετ' ἀδικοῦ γνώμης κρίνει τὰς ζημίας, τῶν διπλασίων ὑπόδικος ἔστω τῷ βλαφθέντι. τὰ δὲ αὐτῶν ἀρχόντων ἀδικήματα εἰς τὰ κοινὰ δικαστήρια ἐπανάγειν τὸν βουλλόμενον ἐκάστων τῶν ἐγκλημάτων. μυρία δὲ ταῦτα ὄντα καὶ σμικρὰ νόμιμα, καθ' ἃ δεῖ τὰς τιμωρίας γίνεσθαι, λήξεων τε περὶ δικῶν καὶ προσκλήσεων καὶ κλητήρων, εἴτ' ἐπὶ δυοῖν εἴτ' ἐφ' ὀπόσων δεῖ καλεῖσθαι καὶ πάντα ὑπόσα τοιαῦτά ἐστιν, οὐτ' ἀνομοθέτητα οἷόντ' εἶναι, γέροντός τε οὐκ ἄξια νομοθέτου νομοθετούντων δ' αὐτὰ οἱ νέοι, πρὸς τὰ τῶν πρόσθεν νομοθετήματα ἀπομιμούμενοι, σμικρὰ πρὸς μεγάλα, καὶ τῆς ἀναγκαίας αὐτῶν

aut sibi triplum proveniat lucrum eius damni, quod vicino infertur. Horum cognitores, magistratus sint, & ceterorum omnium, quae per iniuriam sponte quis, aut vi, aut clam, vel per se, vel per illa, quae possidentur ab eo, in personam, aut in rem intulerit. Haec, inquam, ad magistratus omnia deferantur, si tres damnus minas non excedit: sin vero maius sit, ad constituta publice iudicia causa deferatur, & qui iniuriam intulit, puniatur. Quod si magistratum aliquis iniuste de damno alicuius sententiam tulerit, duplum ei, qui passus est iniuriam, debeat: & omnino si quid per iniuriam fecerint magistratus, causa ipsa a quolibet volente in publico iudicio agitetur. Infinita paene parva restant instituta, quibus corrigantur errores in iudicii termino, in citationibus, citatoribusque, sive inter duos, sive inter multos citatio fit, & ceteris huiuscemodi, quae nec a legibus praeteriri possunt, nec tamen seniore legumlatore digna videntur. ea igitur omnia iuniores, priscas

- χρείας ἐμπείρως ἰσχύοντες, μέχρι περ ἂν πάντα ἱκανῶς δόξῃ
κειῖσθαι. τότε δὲ ἀκίνητα ποιησάμενοι, ζώντων τούτοις ἤδη
χρώμενοι μέτριον ἔχουσι. τὸ δὲ τῶν ἄλλων δημιουργῶν ποι-
e. εἴν χρῆ κατὰ τάδε· πρῶτον μὲν ἐπιχώριος μηδεὶς ἔσω τῶν
περὶ τὰ δημιουργικὰ τεχνήματα διαπονούτων, μηδὲ οἰκέτης
ἀνδρὸς ἐπιχωρίου. τέχνην γὰρ ἱκανὴν πολλῆς ἀσκήσεως ἅμα
καὶ μαθημάτων πολλῶν δεομένην κέκτηται πολίτης ἀνὴρ, τὸν
κοινὸν τῆς πόλεως κόσμον σώζων καὶ κτώμενος οὐκ ἐν παρέρ-
γῳ δεόμενον ἐπιτηδεύειν. δύο δὲ ἐπιτηδεύματα ἢ δύο τέχναις
ἀκριβῶς διαπονεῖσθαι, σχεδὸν οὐδεμία φύσις ἱκανὴ τῶν ἀν-
e. ἔρωπίνων οὐδ' αὖ τῆν μὲν αὐτὸς ἱκανῶς ἀσκεῖν, τῆν δὲ ἄλ-
λον ἀσκοῦντα ἐπιτροπεύειν. τοῦτ' οὖν ἐν πόλει ὑπάρχον δεῖ
πρῶτον γίγνεσθαι· μηδεὶς χαλκεύων ἅμα τεκταινέσθω, μηδ'
αὖ τεκταινόμενος χαλκευόντων ἄλλων ἐπιμελείσθω μᾶλλον
ἢ τῆς αὐτοῦ τέχνης· πρόφασιν ἔχων ὡς πολλῶν οἰκετῶν
ἐπιμελούμενος ἑαυτῷ δημιουργούτων, εἰκότως μᾶλλον ἐπι-
μελεῖται ἐκείνων, διὰ τὸ τῆν πρόσοδον ἐκείθεν αὐτῷ πλείω γί-

leges imitati, & parva ex magnis intelligentes, necessariumque usum experientia cognoscentes, legibus, donec sufficienter se habeant, ordinent. deinde, sufficienter positis, immobiliter his utantur. De ceteris autem opificibus leges ita constituantur. Primo nullus civis opificio ullo detineatur, sed nec fervus quidem civis alicuius. arte enim magna, quae longa exercitatione, multisque doctrinis indiget, occupatus est civis, cum communem civitatis ornatum procuret: quae res non levi quadam opera contenta est, sed praecipuum studium exigit. Duas vero artes aut studia duo diligenter exercere humana natura non potest. nemo etiam satis potest arti quidem uni vacare, & alterius artis opifici praesidere. Hoc igitur in civitate statutum sit, ut nemo acrius simul & lignarius faber sit, nec lignarius faber fabris acriis magis, quam opificio suo, praesideat; speciosam causam hinc forte nactus, quod, cum multos habeat ministros & operarios, & ob eam causam maiorem ex arte sua proventum quaestumque percipiat, melius

γνεσθαι τῆς αὐτοῦ τέχνης· ἀλλὰ μίαν ἑκάστος τέχνην ἐν πό-
 λει κερτιμένος, ἀπὸ ταύτης ἅμα καὶ τὸ ζῆν κτάσθω. τοῦ-
 του δὲ τὸν νόμον ἀτυνόμοι διαποιούμενοι σωζόντων. καὶ τὸν
 μὲν ἐπιχώριον, ἐὰν εἰς τινα τέχνην ἀποκλίη μάλλον ἢ τὴν
 τῆς ἀρετῆς ἐπιμέλειαν, κολαζόντων ἐνδεσί τε καὶ ἀτιμίαις,
 μέχρι περ ἂν κατεβύβωσι εἰς τὸν αὐτοῦ δρόμον ξένων δὲ
 ἂν τις ἐπιτηδεύῃ δύο τέχνας, δεσμοῖσί τε καὶ χρημάτων ζη-
 μίας καὶ ἐκβολαῖς ἐκ τῆς πόλεως κολάζοντες, ἀναγαζόν-
 των ἕνα μόνον ἀλλὰ μὴ πολλοὺς εἶναι. μισθῶν δὲ αὐτοῖς πέρι
 καὶ τῶν ἀναιρέσεων τῶν ἔργων, καὶ ἐὰν τις αὐτοὺς ἕτερος
 ἢ κῆνοι τινὰ ἄλλον ἀδικῶσι, μέχρι δραχμῶν πεντήκοντα
 ἀτυνόμοι διαδικαζόντων τὸ δὲ πλεον τοῦτου τὰ κοινὰ δικα-
 σήρια διακρινόντων κατὰ νόμον. Τέλος δὲ ἐν τῇ πόλει μηδὲν
 μηδὲν τελεῖν μήτε ἐξαγομένων χρημάτων μήτε εἰσαγο-
 μένων λιβανωτῶν δὲ, καὶ ὅσα περὶ θεοῦ τὰ τοιαῦτα ἐστὶ
 ξενικὰ θυριάματα, καὶ πορφύραν, καὶ ὅσα βαπτὰ χρώμα-
 τα μὴ σφερούσης τῆς χώρας, ἢ περὶ τινα ἄλλην τέχνην δεο-
 μένην ξενικῶν τιῶν εἰσαγωγίμων, μηδενὸς ἀναγκαίου χάρι-

artem suam exercent: sed singuli opifices singulis artibus vacent, & ab eis victum acquirant. Hanc legem aediles ita observari procurant, ut, si quis civem ad artem aliquam magis, quam ad virtutis curam, declinaverit, opprobrio atque infamia notatum ad cursum suum convertant. Sin autem peregrinorum aliquis duabus artibus vacet, vinculis, multa, expulsione, unam tantum complecti cogatur. De mercede autem opificum, de operis ipsorum approbatione, aut improbatione, de iniuria etiam, quam vel patiuntur, vel inferunt, aediles usque ad drachmas quinquaginta cognoscant, maiora vero, ad publica iudicia delata, secundum legem iudicentur. Vestigal autem importandarum exportandarumque rerum, nullum penitus sit. Tus vero, ceteraque huiusmodi, quae Diis incenduntur, peregrinaeque sunt, purpuram similiter, & colores alios, qui a regione non producuntur, omnia denique peregrina, nisi necessaria sint, nemo adducat: nec rursus aliquid, quod

- μήτε τις ἀγέτω, μήτε αὖ τῶν ἐν τῇ χώρᾳ ἀναγκαίων ἐμ-
μένειν, ἐξαγέτω. τούτων δ' αὖ πάντων ἐπιγνώμονας εἶναι
καὶ ἐπιμελητάς, τῶν νομοφυλάκων πέντε, ἀφαιρεθέντων τῶν
πρεσβυτέρων, τοὺς ἐξῆς δώδεκα. Περὶ δὲ ὄπλων, καὶ ὅσα περὶ
d. τὸν πόλεμον ἅπαντα ὄργανα, ἕαν τις ἢ τέχνης εἰσαγωγί-
μου δέη γίνεσθαι, ἢ φυτοῦ, ἢ μεταλλευτικοῦ κτήματος, ἢ
δεσμευτικοῦ, ἢ ζῶων τινῶν ἕνεκα τῆς τοιαύτης χρείας, ἵππαρ-
χοι καὶ στρατηγοὶ τούτων ἔσωσαν κύριοι εἰσαγωγῆς τε καὶ
ἐξαγωγῆς, διδούσης τε ἅμα καὶ δεχομένης τῆς πόλεως. νό-
μους δὲ περὶ τούτων νομοφύλακες τοὺς πρέποντάς τε καὶ ἰκα-
νοὺς θήσουσι. καπηλείαν δὲ ἕνεκα χρηματισμῶν, μήτε οὖν
τούτου μήτε ἄλλου οὐδενὸς ἐν τῇ χώρᾳ ὄλη καὶ πόλει ἡμῶν
e. γίνεσθαι. τροφῆς δὲ καὶ διανομῆς τῶν ἐκ τῆς χώρας, ἐγ-
γυς τῆς τοῦ Κρητικοῦ νόμου ἔοικεν ὀρθότης ἂν τις γιγνομένη,
κατὰ τρόπον γίνεσθαι. δώδεκα μὲν γὰρ δὴ μέρη τὰ πάντα
ἐκ τῆς χώρας γιγνόμενα νέμειν χρῶν πάντα, ἢ περ καὶ
ἀναλωτέα. τὸ δὲ δωδέκατον μέρος ἕκαστον οἷον πυρῶν καὶ κρι-
θῶν, οἷσι δὲ καὶ τὰ ἅπαντα ἀκολουθεῖτω τὰ ἄλλα ἑραῖα νε-

regioni necessarium fit, exportet. Haec omnia legum custo-
des duodecim, qui reliqui sunt, exceptis quinque senioribus,
procurent atque cognoscant. Arma vero & instrumenta bel-
lica, si advestita arte est opus, convehantur. similiter quae ad
haec idonea sunt, plantae, aenea instrumenta, funes, anima-
lia, quae ad bellum conferunt. Quorum magistri equitum &
ductores exercitus curam habeant, ut civitas invehendi eve-
hendique simul, cum opus sit, facultate non privetur. de qui-
bus legum custodes sufficientes decentesque leges ferent. Nulla
vero in re, pecuniae colligendae gratia, vel in civitate, vel in
universa regione cauponatio fiat. Annonae autem, quae ex
agris percipitur, distributio, recte iuxta Cretensium legem con-
stituetur. nam quae a regione producuntur, in duodecim par-
tes ab omnibus distribuenda sunt, & similiter consumenda.
duodecima vero pars quaeque, ut tritici, hordei, cetera-
rumque frugum & fructuum, venalium quoque omnium ani-

ῥόμενα, καὶ ὅσα ζῶα ξύμπαντα πράσιμα ἐν ἐκάστοις ἤ, τρι- P.
848
 χῆ δικαίρῃσιν κατὰ λόγον· ἐν μὲν μέρος, τοῖς ἐλευθέροις· ἐν a.
 δὲ, τοῖς τούτων οἰκέταις· τὸ δὲ τρίτον, δημιουργοῖς τε καὶ
 πάντως τοῖς ξένοις· οἷτέ τινες ἂν τῶν μετοικούντων ὡς ξυνοι-
 κοῦντες, τροφῆς ἀναγκαίου δεόμενοι, καὶ ὅσοι χρεῖα τινὶ
 πόλεως ἢ τινος ἰδιωτῶν εἰσαφικνοῦνται ἐκάστω πάντων τῶν
 ἀναγκαίων ἀπονεμηθὲν τρίτον μέρος, ὧνιον ἐξ ἀνάγκης ἔσω
 τοῦτο μόνον τῶν δὲ δύο μερῶν μηδὲν ἐπάναιγες ἔσω πωλεῖν.
 πῶς οὖν δὴ ταῦτα ἐρθότατα νέμοιτ' ἄν; πρῶτον μὲν δήλου b.
 ὅτι τῇ μὲν ἴσα, τῇ δ' οὐκ ἴσα νέμομεν. ΚΛ. Πῶς λέγεις;
 ΑΘ. Χεῖρω που καὶ βελτίω τούτων ἕκαστα ἀνάγκη φύειν καὶ
 ἐκτρέφειν τὴν γῆν. ΚΛ. Πῶς γὰρ οὐ; ΑΘ. Ἐγὼ μὲν τοίνυν
 τοιοῦτω τῶν μερῶν τριῶν ὄντων, μηδὲν πλεον ἐχέτω ἢ τοῖς
 δεσπόταις ἢ δούλοις νεμόμενον, μήτε αὖ τὸ τῶν ξένων· ἀλλὰ
 τὴν τῆς ὁμοιότητος ἰσότητα ἢ νομῆ πᾶσιν ἀποδιδότω τὴν αὐ-
 τήν. λαβῶν δ' ἕκαστος τῶν πολιτῶν τὰ δύο μέρη, κύριος ἔσω c.
 τῆς νομῆς δούλοις τε καὶ ἐλευθέροις, ὅπόσ' ἂν καὶ ὁποῖα βού-
 ληται διανέμειν. τὸ δὲ πλεον τούτων μέτροις καὶ ἀριθμῶ τῆδε

malium, tripartito & competenti ratione distribuatur: & pars
 una liberis, altera servis, tertia opificibus, ac omnino advenis,
 tribuatur; sive aliunde venerint aliquamdiu urbem habitaturi,
 & necessariis egeant, sive propter publicam, vel privatam ci-
 vis alicuius utilitatem accesserint. haec igitur tertia omnium
 necessariorum pars, venalis semper ac necessario tantummodo
 fit: de duabus vero partibus nihil necessario vendatur. Quo-
 modo igitur haec recte distribuuntur? Patet autem, inprimis
 recte id fieri posse, si partim aequaliter, partim inaequaliter
 distributio fiat. *Cli.* Quo pacto? *Athen.* Meliora utique vel
 deteriora istorum singula, necesse est terram producere atque
 augere. *Cli.* Quidni? *Athen.* Cum tres partes sint, quod huc
 attinet, nemo plus habeat, nec dominus, nec servus, nec ad-
 vena; sed aequalis eademque similiter sit omnis distributio.
 Quilibet autem civis, cum duas partes acceperit, servis &
 liberis, quot & qualia velit, suo arbitrato distribuatur. quod

- χρῆ διανέμεσθαι λαβόντα τὸν ἀριθμὸν πάντων τῶν ζώων οἷς ἐκ τῆς γῆς τὴν τροφήν δεῖ γίνεσθαι, διανέμειν. τὸ δὲ μετὰ τοῦτο αὐτοῖς οἰκῆσεις δεῖ χωρὶς διατεταγμένας εἶναι. τάξις δὲ ἤδη πρέπει τοῖς τοιοῦτοῖς· δώδεκα κόμας εἶναι χρῆ, κατὰ
- d. μέσον τὸ δωδεκατημόριον ἕκασον, μίαν. ἐν τῇ κόμῃ δὲ ἕκαστη πρῶτον μὲν ἱερὰ καὶ ἀγορὰν ἐξηγήσασθαι θεῶν τε καὶ τῶν ἐπομένων θεοῖς δαιμόνων· εἴτε τινὲς ἐντοποὶ Μαγνητῶν, εἴτ' ἄλλων ἰδρύματα παλαιῶν, μνήμη διασσωσμένων, εἰσὶ, τοῦτοιοις ἀποδιδόντας τὰς τῶν πάλαι τιμὰς ἀνθρώπων, Ἐστίας τε καὶ Διὸς, Ἀθηνᾶς τε, καὶ ὃς ἂν ἀρχηγὸς ἦ τῶν ἄλλων τοῦ δωδεκάτου ἕκαστου μέρους, ἱερὰ πανταχοῦ ἰδρύσασθαι. πρῶτον δὲ οἰκοδομίας εἶναι περὶ τὰ ἱερὰ ταῦτα, ὅπη ἂν ὁ τόπος
- e. ὑψηλότετος ἦ, τοῖς Φρουροῖς ὑποδοχὴν ὅτι μάλισα εὐερκῆ· τὴν δὲ ἄλλην χώραν κατασκευάζειν πᾶσαν, δημιουργῶν τριακαίδεκα μέρη διελομένους· καὶ τὸ μὲν ἐν ἄξει κατοικίσειν, διελομένους αὖ καὶ τοῦτο εἰς τὰ δώδεκα μέρη τῆς πόλεως ἀπάσης, ἔξω τε καὶ ἐν κύκλῳ κατανεμηθέντας· ἐν τῇ κόμῃ δὲ ἕκαστη τὰ πρόσφορα γεωργοῖς γένη τῶν δημιουργῶν συνοικί-

vero plus istis est, mensura & numero sic dispartendum est; ut, cum omnium animalium, quibus a terra victus praebetur, numerus habeatur, ita demum fiat partitio. Habitationes postea seorsum ordinandae sunt. ordo autem talis maxime decet. Duodecim vicos per media in singulis duodecim partibus unum esse oportet: & in unoquoque venalium rerum loca, Deorumque templa, & Deos sequentium Daemonum, esse constructa, sive indigetum Magnesium, sive aliorum, quorum statuae antiquissima memoria consecratae sint. atque his praeceptorum virorum honores reddendi sunt. Vestae quoque, Iovis, Minervae, singulorumque aliorum, singulis duodecim partibus praesidentium, templa: & in altissimis locis aedes custodum sint undique munificentissimae. Reliqua deinde regio opificibus in tredecim partes distribuatur. Et pars una in urbe habitet, per duodecim urbis partes divisa: aliae exteriorem undique teneant locum: atque in singulis vicis opifices ad agriculturam

ζειν. τοὺς δ' ἐπιμελητάς εἶναι τούτων πάντων, τοὺς τῶν ἀγορανόμων ἄρχοντας, ὅσων τε καὶ ἀντιῶν ὁ τόπος ἑκάστος δεῖται καὶ ὅπου κατοικοῦντες, ἀλυπτότατοί τε καὶ ἀφελιμώτατοι ἔσονται τοῖσι γεωργοῦσι. τῶν δὲ ἐν ἄξει κατὰ τὰ αὐτὰ ἐπιμεληθῆναι καὶ ἐπιμελεῖσθαι τὴν τῶν ἀγορανόμων ἀρχήν. τοῖς δὲ δὴ ἀγορανόμοις τὰ περὶ ἀγοράν που δεῖ ἑκάστα μέλειν. ἢ δ' ἐπιμέλεια, μετὰ τὴν τῶν ἱερῶν ἐπίσκεψιν, τῶν κατ' ἀγοράν μὴ τις ἀδικῆ τι τῆς τῶν ἀνθρώπων χρείας· τὸ δὲ δεύτερον αὖ εἶη, σαφροσύνης τε καὶ ὑβρεως ἐπισκόπους ὄντας, κελάζειν τὸν δεόμενον κολάσεως. τῶν δὲ ὠνίων, πρῶτον μὲν τὰ περὶ ξένους ταχθέντα πωλεῖν τοῖς ἀγοῖς, σκοπεῖν εἰ γίγνεται κατὰ τὸν νόμον ἑκάστα. νόμος δὲ ἔστω, μηδὲς τῆς νέας, ἢν δεῖ προ-
 ἴσθαι, τὸ μέρος τοῖς ξένοις ἐξάγειν τοὺς ἐπιτρόπους, ὅσοι τοῖς ἀγοῖς ξένοι ἢ καὶ δοῦλοι ἐπιτροπεύουσι, δωδεκατημέριον πρῶτον τοῦ σίτου τὸν δὲ ξένον εἰς πάντα τὸν μῆνα ἀνεῖσθαι σίτου μὲν καὶ ὅσα περὶ σίτου, ἀγορᾶ τῆς πρώτης· δωδεκάτη δὲ τοῦ μηδὲς, τὴν τῶν ὑγρῶν οἱ μὲν πρῶσι, οἱ δὲ ὠνήν ποιήσασσαν δι' ὅλου τοῦ μηδὲς ἰκανήν. τρίτη δὲ καὶ εἰκάδι, τῶν

p.
 849
 a.

b.

commoditatem idonei habitare compellantur. Horum omnium curam magistratus, qui agris praesunt, habeant, praevideantque, quot quibusve singuli opificibus egent, & ubi habitantes impedimento agricolis non sint, sed magnam ipsis utilitatem conferant. Urbanorum quoque similiter opificum curam aediles habeant. Res autem venales curae praefectis urbi sint: qui primo rem sacram curent: deinde, ne quis vendendo emendove iniuriam faciat, vehementer provideant: & immoderatos, contumeliososque omnes compefcant. Hi considerent, numquid cives peregrinis res singulas convenienter, atque ut lege cautum est, vendant. Lex autem esto: Primo die mensis, eorum, quae vendi oportet, partem peregrinis curatores exhibeant, scilicet cives eorumque ministri duodecimam tritici partem: emantque peregrini pro mensis totius tempore triticum, & similia, quae primo foro venduntur: decimo vero die humidiorum venditio emtioque mensi sufficiens statuatur: vigesimo

- c. ζώων ἔσω πράσις, ὅσα πρατέα ἐκάστοις ἢ ὠνητέα αὐτοῖς δεο-
 μένοις καὶ ὀπόσων σκευῶν ἢ χρημάτων γεωργοῖς μὲν πράσις,
 οἶον δερμάτων, ἢ καὶ πάσης ἐσθῆτος, ἢ πλοκῆς ἢ πιλῆσεως,
 ἢ τιῶν ἄλλων τοιούτων· ξένοις δὲ ἀναγκαῖον ὠνεῖσθαι παρ'
 ἄλλων κτωμένοις. καπηλείας δὲ τούτων, ἢ πυρῶν ἢ κριθῶν
 εἰς ἀλφίτα νεμηθέντων, ἢ καὶ τὴν ἄλλην ξύμπασαν τροφήν,
 ἀποῖς μὲν καὶ τούτων δούλοις μὴτέ τις πωλείτω, μὴτε ὠνεῖ-
 σθω παρὰ τοιούτου μηδεὶς μηδενός· ἐν δὲ ταῖς τῶν ξένων
- d. ξένος ἀγοραῖς πωλείτω τοῖς δημιουργοῖς τε καὶ τούτων δού-
 λοις, οἴνου μεταβαλλόμενος καὶ σίτου πράσιν· ὃ δὴ καπηλείαν
 ἐπονομάζουσιν οἱ πλείστοι. καὶ ζώων διαμερισθέντων, μάγειροι
 διατιθέσθω ξένοις τε καὶ δημιουργοῖς, καὶ τούτων οἰκέταις.
 πᾶσαν δὲ ὕλην καύσιμον ἡσήμεραι ξένος ὃ βουλευθεὶς ὠνεῖσθω
 μὲν ἀθροῖα παρὰ τῶν ἐν τοῖς χωρίοις ἐπιτρόπων, πωλείτω δὲ
 αὐτὸς τοῖς ξένοις, καὶ ὅσον ἂν βούληται, καὶ ὀπόταν βούλη-
- e. ται. τῶν δὲ ἄλλων χρημάτων πάντων καὶ σκευῶν ὀπόσων ἐκά-
 στοισι χρεῖα, πωλεῖν, εἰς τὴν κοινὴν ἀγορὰν φέροντας εἰς τὸν
 τόπον ἐκάστον, ἐν οἷς ἂν νομοφύλακές τε καὶ ἀγορανόμοι μετ'
 ἀτυνόμενων τεκμηράμενοι ἐδρας πρεπούσας, ὄρους δεῶν τῶν

tertio animalium venditio, quibus homines egent, supellesti-
 liumque, ut corii, vestiumque, ac similibus fiat. necesse autem
 est, peregrinos omnia a possidentibus emere, ne cauponatio in
 tritico & hordeo, circa farinam, ac cetera alimenta, ulla fiat.
 Nec civibus, nec servis eorum, cauponari omnino liceat. In pe-
 regrinorum tamen foro liceat peregrino, opificibus, eorumque
 servis, vinum cibumque commutare ac vendere, carnesque co-
 ectas similiter: quae res a plurimis cauponatio nominatur. Ma-
 teriam vero ignis universam quotidie peregrinus ab iis, qui
 in agris id curant, emere possit, ceterisque peregrinis, prout
 velit, & quando velit, revendere. Ceterarum omnium rerum
 & supellestium, quibus utimur, in communi foro venditio
 fiat in locis determinatis: ubi legum custodes, praefectique
 urbis, una cum aedilibus locum designarint, & pretia venali-
 bus imposuerint. hic nummi commutentur rebus, ac res num-

ἄνθρωπον ἐν τούτοις ἀλλοτρίεσθαι, νόμισμά τε χρημάτων, καὶ
 χρήματα νομίματος, μὴ προϊέμενον ἄλλου ἑτέρῳ τὴν ἀλ-
 λαγήν. ὁ δὲ πρέμενος ὡς πιεσύων, ἕαν τε κομισῆται καὶ ἂν
 μὴ, σεργέτω, ὡς οὐκέτι δίκης οὐσης τῶν τοιούτων περί συναλ-
 λάξεων. τὸ δὲ ἀνήθεν ἢ πραθὲν, ὅσω πλέον ἂν ᾖ, καὶ πλέονος p.
850
a.
 ἢ κατὰ τὸν νόμον, ὃς εἶρηκε πόσου προσγενομένου καὶ ἀπο-
 γενομένου δεῖ μὴδέτερα τούτων ποιεῖν, ἀναγραφέτω τότ' ἤδη
 παρὰ τοῖς νομοφύλαξι τὸ πλέον, ἐξαλειφέσθω δὲ τὸ ἐναντίον.
 τὰ αὐτὰ δὲ καὶ περὶ μετοίκων ἔσω τῆς ἀναγραφῆς περί τῆς
 οὐσίας. ἰέναι δὲ τὸν βουλόμενον εἰς τὴν μετοίκησιν, ἐπὶ ῥη-
 τοῖς, ὡς οἰκήσεως οὐσης τῶν ξένων τῶ βουλομένῳ καὶ δυνα-
 μένῳ μετοικεῖν, τέχνην κεκτημένῳ καὶ ἐπιδημοῦντι, μὴ πλέον b.
 ἑπτῶν εἴκοσιν, ἀφ' ἧς ἂν γράφηται, μετοίκιον μὴδὲ σμικρὸν
 τελοῦντι, πλὴν τοῦ σφραγεῖν, μὴδὲ ἄλλο αὐτὸ τέλος ἐνεκα
 τινὸς ἀνῆς ἢ καὶ πράσεως. ὅταν δ' ἐξήκωσιν οἱ χρόνοι, τὴν
 αὐτοῦ λαβόντα οὐσίαν ἀπίεναί. ἂν δ' ἐν τοῖς ἔτεσι τούτοις
 αὐτῷ συμβῆ λόγου ἀξίῳ πρὸς εὐεργεσίαν τῆς πόλεως γεγο-
 νέναι τιὰ ἰκανὴν, καὶ πιεσύη πείσειν βουλὴν καὶ ἐκκλησίαν,

mis. commutet autem unusquisque per se ipsum, nemini com-
 mittens. Quod si commiserit, sive receperit, sive non, quie-
 scat oportet. nullum enim commutationum talium iudicium
 est. Si quid vero venditum emtumque pluris minorisve est,
 quam lex iusserit, qua rerum venalium mensurae & pretia
 constituta sunt, apud legum custodes plus illud conscribatur,
 & contrarium deleatur. Eadem ipsa de conscriptione bono-
 rum, quae ab incolis peregrinisque possidentur, fiant: liceat-
 que cuivis certa conditione ad urbem migrare, & hoc ita, ut
 artem aliquam exerceat, nec plures quam annos viginti a die
 conscriptionis permaneat. quo in tempore incolendi vestigal
 solvere nullum cogatur, nisi frugalitatis exeniplum; nec em-
 tionis venditionisque gratia aerario quidquam debeat. cum
 autem viginti anni exacti fuerint, accipiat rem suam, & abeat.
 Quod si magnum aliquod beneficium intra vinginti annos ci-
 vitati contulerit, velitque plus temporis, aut etiam per vitam

c. ἢ τινα ἀναβολὴν τῆς ἐξοικίσεως ἀξιῶν αὐτῷ γίνεσθαι κυρίως, ἢ καὶ τοπαράπαν διὰ βίου τινὰ μονήν, ἐπελθῶν καὶ πείσας τὴν πόλιν, ὅπερ ἂν πείσῃ, ταῦτα αὐτῷ τέλεα γίνεσθω. παισὶ δὲ μετοίκων, δημιουργοῖς οὔσι καὶ γενομένοις ἔτων πεντεκαίδεκα, τῆς μὲν μετοικίας ἀρχέτω χρόνος, ὃ μετὰ τὸ πέμπτον καὶ δέκατον ἔτος· ἐπὶ ταῦτοις δὲ εἴκοσιν ἔτη μείνατω ὅπη αὐτῷ φίλον μένειν δὲ ἂν βούληται, κατὰ τὰ αὐτὰ μενέτω πείσας. ὃ δὲ ἀπιῶν, ἐξαλειψάμενος ἴτω τὰς ἀπογραφὰς, αἴτινες ἂν αὐτῷ παρὰ τοῖς ἀρχουσι γεγραμμένοι πρότερον ᾖσιν.

in civitate manere, fiat ipsi, quod petierit, ratumque habeatur, si modo concilio concionique persuaserit. Incolarum autem filiis; si ipsi quoque opifices sint, post quintum decimum aetatis annum ita coloniae tempus incipiat, ut viginti postea maneant annos: deinde, quo velint, proficiantur; & si manere voluerint, maneant, postquam similiter persuaserint. qui autem recedit, deleta descriptione, quae sibi apud magistratus erat conscripta, sic abeat.

125031

B
353
1781

Plato - Opera Omnia
(ed. Stephani)

Vol. VIII

PONTIFICAL INSTITUTE
OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK
TORONTO 5, CANADA

4852 .

